



42
DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM

DE

SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRIS-
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos, Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes*

DECIMA QUINTA:

Methodum ad alias quasdam præcipuas Arianorum seu
Photinianorum objectiones solidè & nervosè
respondendi demonstrans.

QUÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo Arcis
ad d. 18. Octobr. Anno MDCCXV. in incluta VVitteber-
gensium Academia habebitur,

PRÆSIDE

VVOLFGANGO FRANZIO, S.S.

Theologiæ Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

JOHANNÉ NICOLAI
VRATISLAVIENSI.

VVitteberga, Typis Jobannis Gormanni.

DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM
DE
SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRIS-
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITA. TYPIS FIR-
MISSIMIS.

Abscripta recentioris Aetatis seu Reformationis Satisfactio-
nem CHRISTI omnem persequantur

DE C I M A L I I N T A
Methodus ab aliis quibusdam Anonymis seu
Prophanis in solidis & nervosis
respondendis demonstrans
in Collegio Theologico Theologiae Professori Thoma Aiche
anno 1705. m. c. x. v. in insulae S. Michaelis
Gymnasii Koenigsbergensi habebatur.



PRÆSIDE
WOLFGANGO FRANKIO, S.S.
Theologiae Doctori & Praefecto Publico
Koenigsbergensi
JOHANNI NICOLO ANTONIO
WARTISBERGENSI

Wittemberg, Typis Johannis Gommarii



I. QUOD SACRIFICIALIA PECORA
 A VICE HOMINUM FUERINT
 OBLATA,

I.



Eniendum nunc est ad alia, & videndum, qualem *Sacrificialia* doctrinam de Sacrificijs ex sacris literis nobis fa- *pecora loco* bricaturi sint Phoriniani seu Sociniani. Nos haec- *hominum mo* nus planum fecimus, quod Sacrificijs fuerint pec- *riuntur.* cata hominum expiata, ita ut *sacrificialia* pecora loco hominum morerentur. Textus enim clarissimi sunt propo-
 siti ex Levitico.

II. Levitici 1. 3. 4: *Si holocaustum fuerit oblatio ejus de bobus, masculu-* lum immaculatum offeret eum, ad ostium tabernaculi Ecclesiae offeret eum, sponte sua in conspectu Jehovæ, Et ADMOVEBIT MANUM SUAM SUPER CAPUT HOLOCAUSTI & ACCE- *Impositio ma-* PTABILIS (delectabile, completum, paratum, quasi dicas ido- *nuum super* neum) erit ei, *ad expiandum ipsum.* Similia de manuum impositio- *pecora sacri-* ne, super capita pecorum *Sacrificialium*, ad odorem quietis Je- *ficialia quid* hovæ, procurandum exant Levitici 4, 15. 24. 29. 33. ubi jubentur manus eadem suas ponere sacrificaturi super pecora, & tan- *significavit &* dem additur, *quod expiet eos Sacerdos, & remittatur eis,* versu 20, 26. *dinatione di-* 31. 35. postquam nimirum pecora (manuum impositionibus pera- *vina.* ctis) mactantur sanguis eorum funditur & comburitur, unà cum reliquis comburendis.

III. Levitici 16, 21. Imponit Aaron ambas manus suas super caput hirci vivi, & confiteretur super illud omnes iniquitates filiorum Israël, & omnes prævaricationes eorum, cum omnibus peccatis eorum, & ponit illa super caput hirci, ac emittit illum per manum viri præparati in desertum, atque (ita) portat hircus ille super se omnes iniquitates eorum, in terram inhabitabilem, item qui deducit hircum in desertum, lavat (postea) vestimenta sua & carnem suam, & tum (denique) ingreditur in castra.

IV. Et hæc perspicua capitis decimi sexti in Levitico expositio de peccatis isti sacrificiali pecori tunc impositis, valde perspicue docet, quid sibi impositio manuum super alia pecora Sacrificialia quæcunque facta voluerit, nimirum hoc ipsum & nihil aliud, quàm quod sibi impositio manuum die introitus summi Sacerdotis in sancta sanctorum voluit, ut scilicet in pecus sacrificiale peccata offerentis seu sacrificantis devolvantur.

Impositio manuum super pecora sacrificalia facta quid denotat secundum aliquos, sed insufficienter.

V. Atqui solent existimare, impositionem manuum factam super pecora sacrificalia nihil fuisse aliud, quàm declarationem, quod talia pecora jam jam destinantur cultui sacro & quod ab offerentibus tradantur Sacerdotibus loco Jehovæ, & quod offerentes nullum amplius eadem repetendi jus habeant. Verum etsi hæc, quoad jus traditionis, rectè dicuntur, tamen quod tantum modo illud unicum hac ceremonia, & nihil amplius fuerit indicatum, illud ex nullo textu expresso convinci poterit.

VI. Quin potius quod & traditio pecoris ad usum sacerrimum, & præcipue peccatorum super pecus illud positio per manuum impositionem intervenientem, necessariò sit declaranda, indicatur, exemplum hirci vivi, super quem Aaron (loco totius communitatis Israëlitarum) ponit peccata omnium Israëlitarum: 2. Et vox Hebræa Levitici, 4. quod post impositionem manuum pecus erit gratum acceptum, completum, quasi nunc idoneum factum, ex DEI ordinatione nimirum ad expiandum.

VII. Quapropter magna hinc patet misericordia Domini, in pecoribus & brutis exequentis pœnam hominibus competentem & tolerandam: tam pro delictis gravioribus, quam pro levioribus. Patet illud præter ea de quibus alias dictum est in thesibus sacrificialibus, etiam ex eo quod 1. Sam. 3. 14. DEUS singulari juramento præcaverit & prohibet expiationem iniquitatis, & pœnæ iniquitatis domus Eli per sacrificia & Mincham usque in seculum: quo juramento nequaquam opus fuisset, si jam ante constitisset, nulla majora peccata expiari posse sacrificio & mincha usque in seculum.

Quod etiam pro gravibus peccatis sacrificia fuerint instituta, exemplo sacro demonstratur.

XII. Quod autem peccata filiorum Eli gravissima fuerint, apparet 1. quia ipsi dicuntur filij Belial seu Satanæ 1. Sam. 2. 12.

1. 2. Quia illud quando violabant leges sacrificiorum in conspectu universi

niverſi Iſraëlis dicitur peccatum magnum valde coram Jeho-
va verſu 17. 3. Quia dormiebant cum mulieribus congregati ſo-
litis ad oſtium tabernaculi Eccleſiæ. verſu 22. 4. Quia ſine pudore
peccabant ut facta eorum mala innotefcerent toti populo ver- *Quere lector,*
ſu 23. 5. Quia ſcandalum maximum præbebant & ad peccandum *an non conju-*
incitabant populum verſu 29. *gati tum fue-*

IX. Eſſi verò hæc ita ſe habent, tamen nondum fuerunt rejeſti *rint & ita a-*
à DEO, ita ut nec ſacrificiis nec minchiſ peccata expiare potuiſ- *dulteria com-*
ſent niſi tunc, quando patris *v8 Jeſias* dehortatorias (licet valde *miferint.*
repidat) contemnebant, & impœnitentes manerent verſu 25, & 1.
Sam. 3. 13, quando ſibi iſtis maledicebant, hoc eſt, leve pendebant
ea quæ faciebant, & tali impœnitentia peccatum cumulabant,
Hinc enim conſtituit Jehova eis præripere beneficium expiatio-
niſ per ſacrificia tanquam induratiſ & deſperatiſ atque qui men-
ſura tam graviorum delictorum completa non ulla miſericordia
amplius digni cenſendi, eſſent.

X. Ex quibusdam ſimilibus reſ eadem poteſt declarari. Deut. 4.
21: Jehova iratus in Moſen, jurat, ne tranſiret Jordanem, & in-
grederetur in terram &c. nimirum quia ſæpius patiebatur à populi
præfractiſ tumultibus ſeſe vinci Moſes, ut in Dominum publicè, &
cum magno ſcandalo peccaret, quale erat illud peccatum, de pe-
tra bis percuffa, quam in honorem DEI ſaltem *alloqui* debebat pro
aquis educendis Num. 20. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. *Niſi ergo hoc interveniſ-*
ſet novum & inſigniſſimum peccatum, cætera priora non obſtitiffent,
quo minùſ introiſſet ipſe quoque in terram promiſſam, præſer-
tim cum ſpecialeſ haberet introeundiſ promiſſionem Exod. 33, 1.
Locutus eſt Jehova ad Moſen, vade, aſcende hinc IV & populus quem eduxiſ-
ſti è terra Egypti, in terram de qua juraſi &c. Cum autem interveniſſet
novum illud peccatum & ſimul juramentum DEI, ideo tandem
introire non potuit Moſes.

XI. Simile exemplum eſt de Iſraelitiſ, quibus hoc loco jam
dicto, etiam ſpecialiter promittitur introitus in terram Chana-
an: Jurat enim DEUS, de hiſ quoque Num. 14. per totum,
quod nec illi debeant ingredi in terram Chanaan. Quæ repetun-
tur Pſal, 95, 10. Et Heb. 3, 11. Juravi in ira mea, ſi introibunt in re-
quiem meam. Niſi ergo interveniſſet populi nova malitia & ſimul

comminatio Dei juratoria, tum populus iste omnis in terram Chanaan ingredi potuisset.

XII. Aliud exemplum est Psalmi, si in illis verbis Davidis, *ne proijcias me à facie tua & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me, redde mihi exemplum de latitiam salutaris tui. Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur, le gravibus peccata mea de sanguinibus, & exultabit lingua mea justitiam tuam. Domine lacris per sabia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam, quoniam si sacrificia expiavisses sacrificium, dedissem utique, holocaustis non delectaberis ari solitis.* (in Hebræo quoniam **N O N V I S** sacrificium, holocaustum **N O N V I S**)

sacrificium DEO spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum, DEVS non despicias, Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut edificentur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.

XIII. Quod enim nequaquam sentiat, sacrificia pro peccatis juxta DEI ordinationem oblata esse inutilia, & non expiare peccata, illud ex posterioribus verbis clarissime effulget, in quibus petit, ut Deus re ipsa compleat votum, quod fecerat David, & promissum quod dederat ei Deus de templo per successorem suum, edificando, & ne hoc opus DEUS inhibeat, quo possint tum magna cum laetitia & utilitate offerri DEO sacrificia.

XIV. Deinde nequaquam nunc temporis ideo nullum offert, pro adulterio & cæde sacrificium, quasi Deus pro talibus non vellet sacrificia offerri & acceptari pro peccatis: Sed quod plus moveretur ad remittenda ipsi ista tanta & talia peccata, DEUS valde seriâ istâ poenitentia, Plus enim placuit DEO spiritus tam contritus, cor tam contritum & confractum, cum tam humilibus deprecationibus, quales exant per totum hunc Psalmum, quam placere potuisset aliquod licet magnum, atramen sine spiritu tam contrito, sacrificium & holocaustum. Sic enim Deus non respexit ad oblationem Cain, quia erat sine tali spiritu contrito, non quod non præcepisset eam.

XV. Eodem pacto Esaia i. capite de impoentibus grandibus peccatoribus dicit DEUS, *ut quid mihi (offeris) multitudinem victimarum vestrarum, holocausta & sanguinem vitulorum nolui, quis quasi hoc de manu vestra, ut conculcatis atria mea.* Ne offeratis ultra sacri-

3. Aliud exemplum de grandibus peccatis per sacrificia expiare solitis.

sacrificiū frustra, seu sacrificiū mendax, incensum abominatio est mihi, calendas vestras & solennitates vestras odio habuit anima mea, & cum extendetis manus vestras, occultabo oculos meos à vobis & multiplicabitis orationem, non audiam: manus vestrae plene sunt sanguine.

XVI. Quod grandia commiserant isti peccata, apparet 1. ex v: 10. ubi nominatur non Israel, sed Sodome, & non populus Israel, sed populus Gomorrha, qui Sodomitæ & Gomorritæ, peccata gravia valde fecerant Gen. 18. 20. Et 3. 9. 2. quod dicuntur, habere manus plenas sanguine versu 15. & homicidæ versu 27. quæ non dicuntur nisi de perditissimis sceleribus.

XVII. Jam verò Deus non averfatur sacrificia oblata ab illis ipsis hominibus tali culpa obrutis, sed averfatur ea oblata ab hominibus istis in tali crimine perseverantibus. Mox enim subjungit, Lavate, mundi estote, removete malum operum vestrorum à conspectu oculorum meorum, desinite male facere, si volueritis, bona terræ comedetis: quod si nolueritis, gladius devorabit vos.

XVIII. Adulteris & homicidis apertis non erat parcendum, sed juxta legis divinæ dictatum inferenda mors Lev. 18. Interim autem quam plurima contigerunt adulteria & homicidia clandestina, quorum auctores seipso non prodebant ad pœnam legis ipsis inferendam, ut exemplo Davidis edocemur, qui absconditè peccaverat 2. Sam. 12. 12. (blasphemare autem fecerat Israelis hostes, quod præsentè arca tamen non vincebant peccato Davidis ita merente Israelitæ 2. Sam. 11. 11. 14. 15.)

XIX. Et nemo non fateri necessum habebit, clam atrocità plurima tum temporis fuisse facta, & auctores istorum facinorum tamen postea juxta Davidis exemplum pœnituisse, & omnibus modis expiationem quaerivisse, eandemque sibi tum alias, tum in anniversario generali sacrificio applicasse.

XX. Quando verò non amplius horrebant universi grandia peccata, vel palam designare, sicut Jer. 5. 8. quisque ad uxorem proximi sui hinnit, ibi demum Deus universalem & publicam cladem immittere coactus fuit, quemadmodum per totum quintum capitulum Jeremiæ elucet.

XXI. Sed & huc pertinet alius textus Num. 5. 6. 7. Vir sive mulier cum

NB.

Notoria grandia peccata morte

hominis peccatoris puniebantur:

clandestina grandia ut

& alia levia sacrificiis à pœnitenti-

bus in tempore poterant expiari.

Peccata grandia & publica & frequentia sa-

cificiis Deus noluit expiari posse.

cum fecerint ex omnibus peccatis hominum, pravaricando pravaricationem in Iehovam & deliquerit anima illa, FATEBUNTUR peccatum suum quod fecerunt & restituet delictum in solidum & quintam eius partem addet super illam, dabitq; illi in quem peccaverit. Quod si non fuerit qui recipiat, dabunt Domino & erit sacerdotis, &c. super quæ verba rectissime Lyra annotat, agi de talibus delictis, quæ non per processum aut testimonia innotescabant, sed quæ sponte sacerdoti fatebatur reus. Apparet illud ex eo, quod sequitur, quia interdum is adversus quem peccatum fuerat, interim morte extinguebatur una cum hæredibus suis, quam ad rem temporis omninò mora requirebatur. Furta autem & similia grandia peccata aliis rationibus indicata & manifestata puniebantur, alio modo, Exodi 22. 1. 2. 3. Ex his simul liquet, versum 3. Levit. opponendum peccato alteri Levitici 5. 15. Item Num. 15. à 22. ad 32. eodem pacto jam dicto exponendum, cum Num. 5. 6. 7. & manum excelsam esse apertam machinationem, quod colligetur ex Exodi 14. 8. & 23. 1. ut Thargum habet, Num. 15. 30. in capite aperto.

Probatio,
quod peccata sacrificia moriantur pro hominibus peccatoribus,
ex Lev. 17. v. 11.
Antiqua versio.
Chaldaica paraphrasis
Graeca versio.

XXII. Et ut in hac doctrina sacrificiorum ad huc plus quam certissimi essent, pecora mori pro hominum peccatis, ex gratiosa ordinatione & misericordia Domini, ecce tam claris verbis hoc ipsum docuit eps Jehova ipsemet, ut clarioribus opus non esset, sic enim Levitici 17. 11. Anima carnis in sanguine est: ego dedi illum vobis super altare ad expiandum animas vestras, sanguis ipse animam expiabit, Antiqua versio ita habet Anima carnis in sanguine est: ego dedi illum vobis, ut super altare in eo expieris PRO animabus vestris, & sanguis PRO animæ piaculo sit. Quæ congruit cum chaldaica paraphrasi: Anima carnis in sanguine est, & ego dedi eum vobis, ad expiandum super altare PRO animabus vestris, quia sanguis PRO anima expiat.

XXIII. Graeca versio recenset in hunc modum: ἡ γὰρ ψυχὴ πάσης σαρκὸς αἷμα αὐτῆς ἐστίν, καὶ ἐγὼ ἔδωκα ὑμῖν αὐτὸ ὄπις ἕψουσι καὶ ἐξέλθοσθε παρὰ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, τὸ γὰρ αἷμα αὐτῆς ἀντὶ ψυχῆς ἐξέλθουσι, Id est, etenim anima omnis carnis sanguis eius est, & ego dedi vobis illum super altare ad propitiandum PRO animabus vestris, etenim sanguis eius PRO anima eius propitiabit.

XXIV. In Bibliis regis Benedicto Aria Montano procuratore editis super Hebræa verba talis ponitur interlinearis versio, Quia anima carnis in sanguine

sanguine ipsa (ad marginem ponitur EST pro rō ipsa) & ego de-
dicam vobis, super altare ad expiandum super animas vestras, regij.
quia sanguis in anima (ad marginem animam) expiabit. Et per
primē Lutherus: Desß Leibes Leben ist im Blut/ vnd ich habß euch zum
Altar gegeben / daß eure Seelen damit versünnet werden / denn das
Blut ist die versühung fürs Leben.

XXV. Primò dicit Spiritus Sanctus Jehovæ, animam carnis esse
in sanguine, quia in sanguine pecoris est vitale quiddam, unde ef-
fuso sanguine simul vita profunditur & extinguitur. Et hoc re-
spectu Gen. 9. post diluvium, quando permittit liberrimum esum
omnium pecorum, tantum hoc præcavet, ne carnem cum sanguine
comedant, Siquidein hac ratione dediscerent tandem parcere et-
iam humano sanguini, cuius effusionis ibidem grandem pœnam
dicat. Repetit illum respectum DEUS in hoc 17. capite Levitici
in posteriore parte à versu 12. usque ad finem. Verba nimis sunt clara:
1. Anima carnis est in sanguine (nimirum anima cuiusvis peco-
ris, & ita quoque sacrificialis est in sanguine.) Apparet illud quo-
que Gen. 9. 4. carnem cum anima ejus, (in sanguine) non comedetis.
Et Levitici 17, 14. Anima cujuscunq; carnis est sanguis ejus in ani-
ma ipsa. Hæc una est propositio indubitata, anima carnis cu-
juscunq; est sanguis, seu in sanguine.

XXVI. Sequitur: 2. Ego DEUS dedi sanguinem (animam car-
nis, vitam pecoris) vobis (hominibus) SUPER ALTARE, ad
expiandum animas vestras (humanas, postquam nimirum pecca-
veritis.) Quomodo DEVS hunc dederit super altare, ad expiandum animas
humanas, constat ex præceptis divinis de maclandis pecoribus
sacrificialibus & de sanguine eorum spargendo super altare, vel
ad parietem altaris, vel ad basin altaris, quæ extant Levitici 1. & 3.
& 4. & 5.

XXVII. Et hæc verba satis clara sunt, ubi dicit, se dedisse sangui-
nem carnis hominibus SUPER ALTARE ad expiandum, Quan-
do hoc sit factum, id sapius indicatur in Levitico. Levitici 1. 5. offe-
rent filij Aaron Sacerdotis sanguinem (juvenci masculi) ac spargent illum
super altare in circuitu. II. Spargent filij Aaron sacerdotis sanguinem ejus
vis aut capræ masculæ) super altare in circuitu. 15. Vngue secabit caput
ejus (turturis vel columbæ) ut adoleatur super altare, exprimeturq; san-
guis ejus super parietem altaris. Et hæc de holocaustis.

B

XXIIX, Levi-

Versio operis
Lutheri versio
Anima pecoris
est in sangui-
ne.
Anima pecoris
est vita pecc-
ris.
2.
Anima pecoris
datur super
altare ad ex-
piandam ani-
mam hominis
peccatoris, &
QUOMODO.
Ecce, ita DA-
TUR sanguis
super altare
ad expiandū.



Iussu DEI
DATVR seu
spargitur san-
guis super al-
tare ad expi-
andum ani-
mam hominis
peccatoris.

Sanguis (SV-
PER ALTA-
RE datus)
expiat.

XXVIII. Levitici 3. commemorantur pacifica, de q; eorum san-
guine idem præcipitur versu 2. Fundent filij Aaron Sacerdotes sangui-
nem (juveni vel bovis masculi aut fæminæ) super altare per circui-
tum. Versu 8. 13. spargent filij Aaron sanguinem (de ovibus aut capris
masculis vel fæminis) super altare per circuitum.

XXIX. Similiter in sacrificiis pro peccatis per errorem Levitici
4. 5. 6. 7. Accipiet Sacerdos de sanguine vituli, & inferet eum in taber-
naculam, & sparget septem visibus ante velum, ponet idem de sanguine
isto super cornua altaris suffimenti, totum autem reliquum san-
guinem effundet ad basin altaris holocausti. Vide, lector, in pec-
cato sacerdotis expiando, aliquoties sanguis spargebatur ad in-
nuendam atrocitatem peccati majorem, in eo, qui legem profi-
teretur, & aliis bono exemplo præire debet. Idem observatur pro
peccato totius communionis in eodem capite versu 16. 17. 18. ubi ea-
dem jam commemorata verba repetuntur. Quin & pro toto
Israele non tantum hæc jam dicta ceremonia exercebatur, sed &
adhuc aliquid sanguinis inferebatur in sanctum sanctorum Le-
vitici 16. 14. 15.

XXX. Item Levitici 4. 25. tollet Sacerdos de sanguine oblationis
pro peccato (hirci caprarum masculi) & ponet super cornua altaris holo-
causti, reliquum autem sanguinem ejus effundet ad basin altaris holocausti.
Et 30. Tollet Sacerdos de sanguine ejus (capellæ) & ponet super cornua,
&c. Idem reperitur versu 34. de ove fæmina. Levitici 5. 9. A-
sparget de sanguine hostie pro peccato (turturis aut pulli columbæ) su-
per parietem altaris, & quod superest de sanguine exprimetur in basin alta-
ris. Vide etiam Levitici 7. 2.

XXXI. Vides igitur benignissime lector, quid sit illud, quod
hoc loco Levitici 17. 11. dicit, sanguinem dedi vobis super altare
ad expiandum animas vestras. Toties id fecit DEUS, quoties iussit
sanguinem victimarum spargi super altare, id quod ex locis jam
allegatis potuisti animadvertere quam exactissimè.

XXXII. Tertio & deniquè optimè annectitur, quod sanguis (datus
iussu divino super altare ad expiandū) ipse expiet animam (hominis).
Hoc igitur etiam illud est, quod semper annectitur locis jam alle-
gatis post sanguinis sparsionem, & reliquas ceremonias aliquid
de expiatione & nominatim de remissione peccatorū, capite pri-
mo Leviti-

mo Levitici, versu 9, 13. Oblatio ignita odoris Jehovæ, 7. Oblatio ignita Oblatio de¹ odoris quietis Jehovæ. ¹ quietis idem significat quod.

XXXIII. Versu 4. post impositionem manuum, ante mactationem, & combustionem dicitur jam esse acceptabilis homini, ad EXPIATIO, expiandum illum post mactationem, in combustionem dicitur oblatio ignita odoris quietis Jehovæ, unde invicem colligitur, æquipollentia esse hæc duo; 1. acceptabilem seu idoneum esse ad expiandum hominem, 2. atque oblationem ignitam odoris quietis Jehovæ.

XXXIV. Sic capite 5. post fusionem sanguinis in combustionem dicitur pacificum (versu 5.) oblatio ignita odoris quietis Jehovæ: Sicut versu 11. & 16. cibus oblationis ignitæ dicitur Jehovæ, seu cibus oblationis ignitæ dicitur odoris quietis, quia caro & sanguis fit pabulum seu cibus ignis, & simul suo respectu odor quietis Jehovæ, cibus ignitionis in odorem Jehovæ. Et de minchis eadem habetur phrasis, capite 2, 2. 16. Quid sit illud Oseæ 9, 4. suo loco dicitur.

XXXV. Similiter capite 4: post toties pro peccato Sacerdotis, & postea pro peccato communitatis, fufam sanguinem, & post reliqua simul peracta dicitur versu 20: Atque expiabit eos Sacerdos, & remittetur ei. Id quod etiam de Sacrificio universalis pro omnibus & Sacerdotibus & Israelitis applicatur capite 16: Item Levitici 4. post peracta peragenda pro peccato principis & privati, versu 26. & 31. & 35. ter eadem phrasis repetitur, ut & cap. 5. 6. 10. 13. 18. quater, expiabit illum Sacerdos à peccato ejus, & remittetur ei; Vetus versio habet, rogabitque pro eo Sacerdos & pro peccato ejus & dimittetur ei: quæ cur locum habere nequeat, cui erit ignotum.

XXXVI. Sanguis datus super altare expiat animam, inquit DEVS, nimirum SANGUIS carnis seu pecoris sacrificialis, DATUS SUPER ALTARE juxta institutionem divinam sacrificialem, EXPIAT ANIMAM hominis peccatoris. Iterum inquit, Sanguis (seu vitæ pecoris sacrificialis) datus super altare (sparsus & fusus juxta DEI mandatum per Sacerdotem legitimum) expiat animas (vestras, humanas, quia datus est ad expiandas animas vestras, humanas scilicet.)

XXXVII. Si igitur sanguis carnis datus est, super altare, ad expiandas

DEVS ipse explicat quid sit quod Sanguis datur super altare ad expiandum, & quod sanguis expiat, nimirum datus seu sparsus super altare. Vetus versio imperfecta in Levitici multis locis.

Quomodo
Expiet Sacer-
dos.

piandas 'animas humanas, anima' utique seu vita 'pecoris datur & offertur pro anima, & pro vita hominis, seu anima pecoris sustinet locum & vicem hominis, adeoque moritur pro homine. Expiat etiam Sacerdos, sed non nisi ministerialiter spargendo sanguinem, qui sanguis datus est ad expiandas animas humanas: Expiat D E U S, qui hanc suam ordinationem acceptam habet, & accipit loco animæ humanæ animam pecoris, ut ita expiatur anima hominis.

Hebraica vox
Caphar.

XXXIX. In Hebræo est vocabulum *Cophar*, quod significat *operire, tegere, oblinere seu oblinendo obturare*. Idque unice & vehementer in explicatione aliorum locorum Levitici scriptum. *Socinus* in libro de Servatore urget adversus nostras Ecclesias. Et cum primis addit parte 2. capite 12. innixus & confusus isti significationi: *nihil evinces unquam, nisi aut re aut verbis, victimis illis satisfaciendi vim attributam fuisse, probaveris*. Haec tenus *Socinus*.

XXXIX. Ergo secundum sententiam *Socini*, Sacrificia expiant, hoc est, ut capite ibi præcedente explicat, quia nulla alia ratione auferuntur & purgantur peccata, nisi quia teguntur & quodammodo oblinendo obturantur & absconduntur, nimirum à DEO sive DEI gratia & benignitate. *Id quod nec nos negamus, sed hoc totum amplectimur, nimirum, peccata pecoribus imposita, per gratiam DEI tegi, oblini (sicut superinducta calce tegitur parietis aliqua pollutio,) abscondi, & obturari.*

XL. Sed inquit *Socinus* ibidem: Expiat ipse DEVS peccata, imò ipse *solus* verè expiat: Nam *is solus* est, qui verè tegit, abscondit, mundat & purificat peccata nostra, ea nos liberaliter condonando. Et hoc quoque lubenter concedimus, quod solus DEUS verè expiet peccata, ea nobis liberaliter condonando.

Quomodo
Socinus conce-
dat & expli-
cet hoc, Sacri-
ficia expiant.

XLI. Interim *Socine* quid faciunt Sacrificia? Respondet ipse *Socinus* parte 2. cap. 11. his verbis: Dicimur & nos, aut certè dici possumus expiare peccata nostra, non quia pro ipsis DEI iusticiæ satisfaciamus, SED QUIA EA FACIMUS, QUÆ ILLE A NOBIS FIERI omninò vult, si hanc ipsius liberalitatem re ipsa experiri & consequi velimus. Rectum enim est, ut si nostra scelera ab ipso nobis condonari volumus, illi aliquam obædientiam præstamus.

XLII, Item

XLII. *Item ibidem*, Hanc eandem ob causam fit, ut sacrificiis ipsis vis expiandi peccata tribui jure possit. Nam & fidei quoque in sacris literis HOMINES JUSTIFICANDI VIS, aliqua ratione attributa est, non quod fides dignitate sua & merito, hominem in conspectu DEI à peccatis absolvat, sed quia est necesse ad gratiam delictorum remissionem à DEO consequendam, ut illi fidem habeamus. Cum igitur DEUS illam sacrificiorum obedientiam à populo, si is à peccatis illis liberari vellet, omnino requireret, & cuicumque eam obedientiam præstanti eorum peccatorum veniam largiretur, sacrificia ipsa, non virtute quidem propria aut merito, sed ita DEO pro sua benignitate statuente, peccata expiasse, dici non injuria possunt.

XLIII. Hæc omnia Socinus, qui facit *sacrificia medium aliquod*, quod ubi juxta voluntatem DEI ex obedientia hominum adhibitum fuerit, & peractum, credere debent homines, DEUM ipsis peccata remisisse: Sicuti fides adhibita, apprehendit beneficia Christi, & certos nos facit, quod debemus vitæ æternæ fieri participes.

XLIV. Verum enim verò etsi neque hoc negamus, *sacrificia esse Verus scopus mediata*, tamen adhuc in quæstione manet, utrum nihil amplius *controversus* faciant, quam quod sustineant vicem talium mediocum. Ad *sia de expia* hanc quæstionem jam respondit Socinus negativè, neque quicquam nos amplius evincere posse dixit, *nisi probaverimus, aut re* *ficiali.* aut verbis, victimis illis satisfaciendi vim attributam fuisse. Nos igitur affirmatè respondemus, aliquid amplius sustinuisse pecora sacrificialia, quam ut mediocum solummodo nudum indicatum habuerint respectum, adeoque probare parati sumus, quod & re & verbis satisfaciendi vis ipsis fuerit attributa.

XLV. Immò jam modo illud à nobis præstitum esse, speramus omnes & singulos videre. Quid enim clarius? quam illud, quod anima seu vita pecoris, detur pro anima seu vita hominis super altare. Merito hinc nos exclamare possumus, sicut facit Smalcus alicubi: (Hic jam animos & aures arrigite, quicumque hæc lecturi estis, NUNC summa rei agitur. Arrigite aures univrsarum Ecclesiarum Polonicarum Viri illustres & nobiles, & argumentum hoc perpendite. (r. Pecoris, cui imposita sunt peccata

ta hominum, datur sanguis seu vita super altare, pro vita hominis, 2. Sanguis ipse pecoris post imposita peccata expiat animam, 3. Sanguis pecoris istius, qui est vita pecoris, datur divino instituto super altare, & datur ad expiandas animas humanas, & ita datus, ipsemet expiat animas: id quod huc usq; ex precedentibus disputationibus omnibus fuit repetendum & declarandum dilucidius. Vide disput. de sacrificiis expiantibus 10. Junij 1614, habitam à thesi 79. Et audiatur syllogismus, qui sequitur.

Syllogismi
firmissimi
contra Socinum.

I.

XLVI. Quaecunq; anima ex institutione divina in se accipit peccata alterius animæ, & ita datur super altare, ad expiandam aliam animam, illa anima expiat alteram animam. At anima pecoris ex institutione divina in se accipit peccata alterius animæ, & ita datur super altare, ad expiandam animam humanam, Ergò anima pecoris istius ex institutione divina in sacrificiis expiat animam humanam.

II.

XLVII. Item: Quaecunq; anima ex institutionis divinæ vi sibi attributa in sacrificiis oblata expiat aliam animam, illa oblata in sacrificiis non est tantum qualecunque medium seu conditionata obedientiæ tessera & indicium, quod peracto sacrificio DEUS citra omnem alium respectum ad sacrificia habitum solus remittat peccata, & expiet hominem. At anima pecoris oblata in sacrificiis ex institutionis divinæ sibi attributa vi expiat animam hominis. Ergò anima pecoris in sacrificiis oblata non est tantum qualecunque obedientiæ seu medium seu conditionata tessera, vel indicium, quod hac oblatione peracta, jam DEUS citra alium omnem respectum ad sacrificia habitum, solus expiet hominem.

III.

XLVIII. Item: Quaecunq; anima recipit ex divina institutione super se peccatum alterius animæ, & ita nec aliter offertur ad expiandam aliam animam, illa offertur, vice seu loco alterius animæ, seu pro altera anima. At anima pecoris in sacrificiis recipit super se ex divina institutione peccatum alterius animæ, & ita nec aliter offertur ad expiandam animam humanam, Ergò anima pecoris in sacrificiis offertur vice seu loco animæ humanæ, seu pro anima humana, *ὅτι περὶ ἑδὲς θεῶν καὶ ἀνθρώπων*: id quod erat contra Socinum & Socinianos demonstrandum. Idem ergo de Christo est sentiendum, qui 1. Pet. 2, 24. *portavit* peccata nostra in corpore suo super lignum

gnum Gal. 3, 13. factus maledictum liberavit nos à maledicto legis, sic
ut scriptum est, maledictus qui pendet in ligno. 2. Cor. 5, 21. factus
est peccatum ut nos efficeremur justitia in eo, Hebr. 2, per mortem de-
struxit eum qui mortis habebat imperium, Rom. 5, 11. Reconciliati
sumus DEO per mortem Filii ejus, 2. Cor. 5, 21. Fecit, ut is qui non novit
peccatum, pro nobis peccatum esset, & nos efficeremur justitia DEI in eo,
Esa. 53, 5. Vibicibus eius sanati sumus, Rom. 3, 25. Est placamē per fidem
in sanguine ipsius. Apoc. 5, 9. Mactatus es & redemisti nos DEO per
sanguinem tuum Eph. 2, 16. Reconciliavit utrosque in uno corpore
DEO per crucem, Col. 1, 20. Reconciliavit omnia sibi, pacificatus per
sanguinem crucis ejus, & 2, 14. sustulit è medio chirographum nobis
contrarium affixum cruci Rom. 5, 9. justificati ejus sanguine, Eph. 1, 7.
In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, 1. Pet. 1, 19. Redempti
estis pretioso sanguine.

XLIX. Sicut ergo sanguis victimæ sparsus & combustus super altare in
hoc ipso actu expiat animam peccatoris offerentis eum pro sese,
neque tantum est nuda & simplex, sine efficacitate conditio, quæ
ex parte hominis duntaxat ex mandato DEI requisita peragitur ad
id, ut eâ peractâ obedientiæ tessarâ Deus ipse solus sine hujus me-
dii ulla virtute ipsi divinitus assignata immediate offerenti & obe-
dientiam in offerenda victimâ præstanti peccatum remittat, ita
quoq; sanguis Iesu Christi non tantum assidue ad Patrem clamat, *Quomodo*
ut promissorum suorum, quæ ipse Christus nobis illius nomine *Christus pro*
annunciavit, prooq; quibus confirmandis suum ipsius sangui- *nobis passus*
nem fundere non recusavit, meminisse velit, ut loquitur Socinus *& mortuus*
par. 1. cap. 3. sed Christo fuerunt imposita peccata mundi, & ita *vice nostri*
Christus factus fuit peccatum, & maledictum, adeoque peccata *non occasio-*
nostra ipse tulit, & pertulit in corpore suo super lignum, & in li- *naliter.*
gno crucis per sanguinem suum reconciliavit & redemit nos, ad-
eoque sanguine suo nos placavit, & pacificavit, sustulitque chiro-
graphum nobis contrarium cruci affixum, & per mortem (in cru-
ce omninò toleratam) destruxit eum, qui mortis habebat imperi-
um, sicut oracula sacra præcedētis thesīs ad oculum patefaciunt.
L. Quis quæso hominum ex his paucis non agnoscit, pulcerrimā
& admirandam typi & antitypi harmoniam, & analogiam
victimæ imponitur peccatum, unde fit immunda, interficitur,

san-

sanguis (in quo vita ejus erat) comburitur super altare & (hac combustione super altare facta) expiatur anima illius qui peccaverat, & victimam pro se expiando ex DEI misericordissima ordinatione adduxerat. Ita in Christum Pater ponit peccata nostra, hinc Christus fit contemptus, despectus, maledictus, peccatum, occiditur & morte abolet eum, qui super peccantem habet imperium. Et imprimis perfectissima fit expiatio IN LIGNO, IN CRUCE, PER MORTEM EJUS, quam in cruce tolerat.

L I. Profundit autem sanguinem suum, in quem conjecta sunt per Patrem omniū nostrum peccata, perfert in corpore suo super lignum peccata nostra sibi met nimirum per Patrem imposita, fit peccatum & maledictus propter peccata nostra sibi imposita, sicuti hircus ἀποπομπῆς propter peccata populi sibi met imposita fit immundus, adeo ut etiam impurum reddat virum, qui istum immundum hircum in desertum deducit, reconciliat nos per mortem sibi peccata nostra in se conjecta portanti inflictam, destruit mortem nobis in æternum tolerandam per hanc suam mortem pro peccatis nostris, vel quod idem est, pro nobis omnibus peccatoribus sibi exantladam, &c. Quæ omnia tam clarissime ad oculos demonstrant, Christum vice seu loco nostrum mori, ut nullum amplius supersit subterfugium isti detorsioni, PRO nobis mori, quasi idem sit, quod vel occasionaliter mori, vel mori causa confirmandi hominibus promissum Patris vel quæcunq; possunt explicationes alienæ excogitari.

L II. Valdè jejunum & tenue est, quod Socinus part. 2. cap. 11. addit, sacrificia tamen non minus pro gravioribus, quàm pro levioribus delictis institutura DEUM fuisse, omninò dicendum videtur, si sacrificia nullum peccatum verè expiassent, sed expiatione tantum PER Christum olim faciendam adumbrassent, & à satisfactione, quæ pro peccatis nostris ejus morte peragenda foret, vim omnem sumfissent, &c. Ad quod jam modo patet responsum, quod sacrificiis suo modo expiata fuerint ante Christum peccata non tantum levia, sed & gravia; de qua re sub initio hujus disputationis plura.

L III. Et quanquam concedimus, sacerdotem ipsum, in sacrificiationibus DEUM orasse pro sacrificantibus & pro peccatis eorum,

eorum, quemadmodum vetus interpres, seu potius paraphrastes De eo quod
iccirco dicendus reddidit Levitici 4. & 5. item Levitici 16. 6. 11. 17. *vetus versio*
24. tamen nec interpres vetus eodem modo reddere potuit Leviti- *pro vocabulo*
ci 17. 11. nec tolerari potest in rigido examine ista veteris interpre- *EXPIARE*
tis paraphrasis super Levit. 4. & 5. caput. Ratio est, quia quod Le- *usurpat to*
vitici 17. 11. *generaliter* exponitur de sanguine expiante, adeo ut hic *ROGARE.*
Rogationis actus sanguini nullo modo tribui queat, id *speciali-*
ter per partes de singulis sacrificiis recenseatur Levit. 1. & 3. & 4. & Lex Levitici
5. & accommodatur ritibus integris sacrificiorum, quibus to *17. 11. cogit*
tis Rogandi notio & res attribui nequit. *veterem inter-*

LIV. Hinc Levitici 16. (ubi agitur de Sacrificio pro peccatis, *pretem mut a-*
universal) etsi interdum verus interpres convertit, per *ROGA-re suam ver-*
RE tamen interdum ut versibus 30. 32. 33. pristinam expiandi no- *sionem invi-*
menclationem retinere & per *EXPIARE* convertere vel invi- *tum, & CVR.*
tus cogitur. Vidit enim Catholicam esse non posse illam con-
versionem, praesertim quod in super *permutantur Levitici 16. expiandi*
& *mundandi vocabula:* Uniceque habetur respectus ad ceremonias
illas anniversarias die decimo septimi mensis quot annis adhibe-
ri solitas, per quas talis fieret solennissima expiatio, quae qui-
dem precibus non carebat, interim tamen solis precibus non per-
ficiebatur.

LV. Quamquam vero interdum sanctuarium & altare dicitur *Objectio, quod*
expiari, Exod. 29. 36. 37. Et Levitici 16. 16. 19. 20. 33. tamen ibidem *Scriptura in-*
Levitici 16. 16. 19. ostenditur, his phrasibus nihil aliud significari, *terdum dicat*
quam hoc, sanctuarium videlicet ac altare expiari *AB IMMUN-ALTARE aut*
DITIIS, MUNDARIAC SANCTIFICARI ab immunditijs fi- *rem similem*
horum Israel, *Hoc autem nihil aliud est,* quam quod expiantur pec- *EXPIARI*
cata irreverentiae toto anno commissa erga DEUM illis locis sin- *per sacrificia,*
gulariter praesentissimum, sicuti diligens lectio & collatio ad o- *cum Resp.*
culum demonstrabit.

LVI. Similis est Phrasis Psal. 148. Laudate DEVM Sol & Luna,
laudate eum omnes Stellae luminis, quia ipse praecipit & & crea-
ta sunt. Laudate eum ignis, grando, nix, montes & colles & c. u-
bi quilibet videt, homines talia videntes, DEVM revereri debe-
re. Probat hunc Psalmum praecedente ubi dicitur, Laudate Domi-
num, quoniam bonum est canere Deo nostro, qui numerat nume-

rum stellarum, & omnes illas nominibus vocat, qui operit cœ-
lum nubibus, & parat terræ pluviam, qui germinare facit
in montibus herbam, qui dat jumentis escam suam & pullis
corvorum invocantibus eum, qui dat nivem velut lanam, prui-
nam velut pulverem spargit, projicit glaciem suam ut buccel-
las, &c.

LVII. Cumque hæc omnia ita sese habeant, quemadmodum
jam breviter delibatum dedimus de loco illustrissimo Levitici
17. 11. ex quo forsitan suum illud derivavit compendium Apostolus
ad Hebr. 9. 22. *sine sanguinis effusione non fit remissio*, cum in hoc
loco Levitici 17. 11. sita sit maxima pars & decisio totius nego-
tij, & veræ doctrinæ de sacrificiis, mirari meritò volent omnes
& singuli pijs homines, harum controversiarum cupidi lectores,
quare certaminis magni hujus magnus patronus & antesignanus
Socinus, in secunda sua parte libri de Servatore, ubi ex professo
refutat argumentum nostrarum Ecclesiarum à sacrificiis desum-
ta, tamen ejusdem oraculi divini & Authenticæ celeberrimæ
quantum nobis videre hœuit, ne minimam mentionem fecerit.
Judicium de causis omitti istius & nunquam à se explicari vel de-
tori Oraculi sacri committimus nos singulis pijs. Aliquam-
subesse necesse est, quam licebit hœriolari cuivis.

II. RESPONSIONES AD SMAL- CII OBJECTA DE SACRI- FICIIIS.

LIX. His autem necessariò præmissis deinceps videnda ve-
niunt ea, quæ de sacrificiis in refutatione thesium *Franzj* super
Augustanam confessionem concinnatarum *Smalcus* attigit, &
quæ cum primis scripsit contra disputationem 2. quæ est de poeni-
tentia, folio 363. & sequentibus, satis scoptica ironica, &
quasi jam machinam illam à sacrificiis ductam & paratam o-
mninò destruxisset. Audiantur verba ejus formalia ordine.

PRIMUM OBJECTUM SMALCII.

LIX. *Primum* igitur quarit, unde constat, sacrificia, quæ
fiebant ab initio mundi, fuisse typica, quis typi hujus uspiam
meminit; Respondetur; legatur disputatione 12. à thesi 70. usque
ad 77.

Voti illustrissi-
mi Levitici 17.
11. an Socinus
in suo libro de
Servatore fe-
cerit mentio-
nem & dede-
rit explicatio-
nem.

ad 77. Deinde concluditur illud, idque hoc Syllogismo, *cujus de conflet. sa-*
partem primam habet Socinus parte secunda capite 10, Si victimæ *crificia ab ini-*
expiatoris satisfactionem pro peccatis per CHRISTI mortem *no mundi su-*
factam figurarunt, necessarium est asserere, quod victimæ *esse typica,*
expiatoris satisfactionem aliquam peregerint, (Jam, subsumit So-
cinus, nullam peregerunt, Ergo nullam figurarunt; At nos verissi-
mè & solidissimè ita subsumimus) victimæ expiatoris satisfac-
tionem aliquam peregerunt, Ergo victimæ veterum expiatoris
satisfactionem pro peccatis per Christi mortem factam figura-
runt.

LX. Quod victimæ veterum expiatoris satisfactionem aliquam perege-
rint, tum pro gravibus, tum pro levibus peccatis, jam iterum tri-
plicato Syllogismo demonstratum dedimus, siquidem Levitici
17. 11. Sanguis pecorum tanquam anima pecorum datur super
altare ad expiandam animam seu vitam hominis, ubi anima hu-
mana expiatur per sanguinem datum super altare, hoc est, per
sanguinem sacrificatum. Id quod nihil aliud est, quam quod
sacrificia expient, & in sacrificio, in sacrificij actu, non extra sa-
crificij actum, anima pecoris expiet animam humanam, una
quiescere faciat D E V M erga alteram animam, uno verbo, *satisfa-*
ciat pro altera.

LXI. Et quidem quod pro levibus lex Mosis justificare potuerit
in eodem capite Socinus fatetur ipse. De gravioribus supra data
sunt exempla satis firma.

LXII. De illis etiam gravioribus expiatis loquitur, ut jam pro-
batum est DEUS etiam Num. 5. 6. 7. 8. *Vir sive mulier. quum fecerint*
ex omnibus peccatis hominum pravaricando pravaricationem in Iehovam &
dereliquerit anima illa, Fatebuntur peccatum suum, quod fecerunt, & restituet
delictum suum in solidum, & quintam ejus partem addet super illam, dabitq;
ei in quem peccaverit. Quod si non fuerit viro illi redemptor, cui restituat de-
lictum, delictum restituetur Iehovæ, Sacerdotis erit, præter arietem expiationū
quo expiabit illū. Pro peccatis dolosè committis, sed clam, talis pro-
cessus flagitatur: Si verò sunt aperta Exod. 22. restitutione & pœ-
na judicialiter facta opus est, & si non habet, venditur, versu 3.
Quæ differentia etiam constituitur Num. 15. 2:22. ad versum 32. us-
que, ut monuimus,

Pf. 119, 67. de LXIII. Atque illud disputat. sexta ex Psal. 119. 67. expositum eo-
levibus, gravi- dem modo debet exponi, de quibusvis etiam grandioribus peccatis, pro-
bus & medio- pter quæ punitus homo divinitus, & afflictionē passus incipit cor-
cribus delictis rigere vitam, ita tamen ut DEO in lege non placuerit nominare exempli
exponendus. loco prorsus bestialia & Diabolica petulantissimaq; scelera & facinora ex-
Cur Deus in terna atrocissima, ne hoc pacto portam ad illa impudentius perpe-
tractatu de sa- tranda, & levius excusanda inde arriperent homines, sed suffecerit
crificiis inter ei nominasse inter levissimas & maximas quodammodo mediij gradus scelera
peccata illis sat gravia, unde aliquo graviore præventi, nec tamen omninò
expianda non publice propter ea noti, argumentari possent, quomodo ejus i-
expresse no- pius causâ pænitentiam, & expiationem, adeoq; consolationem
minaverit sce- accipere valerent.

lera gravissi. LXIV. Confer cognatum locum in eodem Psalmo versu 168.
ma, homici- conculcasti errantes, à statutis eorum, quia mendacium est dolus eorum, ex
dia, adulte- quo loco simul colligitur genuina vis & errandi, quæ est hoc loco
ria &c. versu 10. ejusdem Psalmi, non tantum per errorem errare, sed
quocunque modo errare, seu deviare, seu recedere è medio tra-
mite præceptorum DEI, quod fit in levibus & gravibus, qui Græ-
cis dicuntur Apostata non injuria utriusque.

Error in do- LXV. Utique Levitici 6. mentiri proximo in deposito, facere
ctrina de sa- raptum, & vim proximo, committere perjurium, an non sint ta-
crificiis quid lia, quæ atrocibus connumerare decet, quamquam vulgus exi-
propriè. stimat, eadem nondum adulterio & homicidio æquiparanda.
Cujus rei unum casum ex Levit. 5. 14. & sequentibus & 6. 1. 2. 3.
4. 5. reperit. Num. 5. versu 6. 7. 8. & 15. 23. ad 32. usque.

LXVI. Sunt autem cognata themata in Hebræa lingua שָׁחַג Schagag & שָׁחַגָּה Schagah & שָׁחַגָּה Scagah. Jam 1. Sam 26. 21. Scha-
gah usurpatur de peccato supra omnem modum enormi, quo Saul
Sanguinarius noctes & dies persequabatur Davidē, scribebat ejus
sanguinem, & cupiebat eundem extinctum, his verbis, Ecce stul-
te egi errans (à Schagah) multum valde (nimirum, quod exivi con-
tra Davidem cum tribus millibus virorum electorum
Israel.)

LXVII. Excit idem vocabulum Job. 6. 24. Indicate mihi in quo erra-
verim, ubi Græci verterunt ἐν τὴν πῆλιν ἀνῆμῶν, quod Græcum usur-
patur de grandibus sceleribus, ut disputatione sexta circa finem
innui-

Innuitur. Unum autem & idem significari schagag & schagah ad oculum cernitur, Job 12. 16. ubi in eodem negotio ambo vocabula usurpantur, *ab eo est errans, & errare faciens*, Errans & faciens ut alter sit errans.

LXIX. Similiter apud Ecclesiastem 5, 6. ita commiscuntur schagag & chatta, sicuti permiscuntur passim in Levit. schagag & schagah, & in specie quidem schagag & chatta, ut & schagag & chatta simul ponuntur, ut satis appareat, schagag & schagah unius esse significationis, item schagah & chatta etiam esse ejusdem significationis, adeoque vocabula illa tam de gravibus, quam de mediocribus & levibus peccatis esse intelligenda. Vide Levit. 4, 2. (ubi est schagag cum chatta sensu hoc rigido, *anima cum peccaverit in deviatione ad omnibus præceptis &c.* item versu 13. ubi est schagah cum Ascham & Chatta, sensu prorsus eodem, item Num. 15, 22. ubi est schagah & non facere omnia præcepta, tanquam parallela.

LXX. Summatim igitur, tum ex vi contextuum tum ex nativa vocabulorum significatione constat, sacrificia fuisse constituta, tum pro parvis tum pro mediocribus, tum pro maximis peccatis, quomodocumque à sobriis, ebriis, semiebriis & plusquam ebriis vel alio modo affectis commissa, sive mox constiterint hæc vel illa, sive minus constiterint initio, postea tamen ita fuerint indicata, quemadmodum Lothus Gen. 19. sciens inebriatur, posteaque incestuat filias, quod factum demum ipsi innotescit serius, vel qui possunt esse modi alii plurimi. Hoc enim pacto conciliandi sunt textus Levitici, 4. 13. 14. 22. 23. 27. 28. 7. 5. 4. Num. 15. à 23 ad 30. cum Num. 15. 30. *Anima quæ fecerit, in manu excelsa, excidetur anima illa è medio populi sui.* Qui enim publicè cum scandalo multorum delinquit, ea juxta præcepta forensia luere debet publicam poenam, sicut & Apostolus monet, in analogis casibus, 1. Tim. 5, 20.

LXX. Simul etiam ex loco Num. 5, 6. liquet, *mulieribus etiam di-* *Etiam mu-*
cta censi debere, omnia illa præcepta quæ extant in sacris literis *eribus su-*
de sacrificiis. Versu enim 6. Viri & mulieris expressa est mentio, *isse præce-*
& postea deceditur quod debent fateri peccata, restituereque deli- *ptas sacrifi-*
ctum & insuper quintam superaddere partem, tandem concluditur cationum
(nimirum de utrisq; sicut de utriusque fuerat captura) Si non fuerit oblationes.

C 3

redem.

Error in do-
ctrina de sa-
crificiis est
erratio seu
deviatio à
præceptis
DEI in rigi-
dâ significa-
tione.

reddentor, restituetur lebova, sacerdotisq, erit, præter arietem expiationum, (offerendum scilicet ab utroque sexu.)

LXXI. Sic Levitici 13, 29: *Vir & mulier expressè notantur in casibus lepræ. sed tamen postea de viro tantum memoratur expressè, quod debeat secludi, fuisse tamen seclusionem propter lepræ malum. (dictam de solo viro,) etiam extendendam ad mulierem, docet exemplum sororis Moysi, Mariæ, quam Deus septem diebus jubet secludere extra castra, quando leprosa facta fuerat, Num. 12, 14. 15. Simile exemplum reperies Deut. 17. utque ad versum 14. Sic sacrificabant puerperæ Levitici 12.*

*Instantia
Socini contra
expiationem
& satisfactionem
sacrificiorum
typicam.*

LXXII. *Socinus, ut obtineat, sacrificia nullam peregrisse satisfactionem, parte 2. de Servatore cap. 10. & clarius in prælectionibus cap. 22. fol. 141. hoc pacto arguit: Aut volumus in victimis illis antiquis vim aliquam satisfaciendi pro peccatis fuisse, unde per collationem argumentari liceat, hanc eandem vim in Christi morte fuisse, aut concedimus in illis victimis revera vim istam non fuisse, sed tamen contendimus ea dicta de illis esse, quæ satisfactionem istam significant, quam necesse sit, cum in re adumbrante non fuerit, in re adumbrata reperiri & sic ex ipsa tantum adumbratione argumentari volumus. Hec ille.*

*Responsio
ad instantiam
Socini.*

LXXIII. *Pergit ille ibidem locis jam dictis utriusq, : Quod attinet ad argumentum per collationem inter omnes constat, eas victimas nullam satisfaciendi pro peccatis vim habuisse, idque rationi planè consentaneum est; Cum inter hominem, & inter pecudem nulla sit speciei communio, nec pecude sacrificanda aliquid DEO dari possit. Ad hæc respondemus nos 1. Et lubenter fatemur in pecoribus ex se, in se, per se nullam inesse vim satisfaciendi pro peccatis hominum. 2. Interim tamen negare non possumus, DEUM instituisse hunc modum, ut pro animâ hominis peccatoris expiandâ comburatur super altate sanguis, in quo est anima carnis, quemadmodum clarè verba habent, Levitici, 17. 11. Anima carnis est in sanguine, ego autem dedi eum vobis super altare ad expiandum animas vestras, sanguis ipse expiat animam.*

LXXIV. Quanquam igitur inter hominem & pecudem nulla est species communis; tamen voluntas DEI fuit, ut in oblatione una pro altera offerretur, & testatur ipse de se Deus, quod unum pro altero acceptate velit ad expianda peccata hominum, ad remissionem peccatorum hominibus concedendam, & quod ex vi divinitus attributa sacrificiis ipsa expient, sanguis ipse expiat ANIMAM Levit. 17. vers. 11. Acceptabilis erit (hostia) illi (homini adducenti) ad expiandum ipsam. Levit. 1. vers. 4. Expiabit eos sacerdos. & remittetur eis. Levit. 4. vers. 21. 26. 30. expiabit eum sacerdos à peccato suo, quod peccaverit. & remittetur ei, ibidem. versu 35. & alibi saepius

LXXV. Postea iterum progreditur Sorinus in utriusque jam dictis locis: Restat igitur nec ex ipsa tantum adumbratione argumenta duci velimus. Verum in isto argumentandi modo, in eo vehementer peccatur, quod pro concessio sumitur, rem adumbrantem ea qualitate penitus carere posse, quam in re adumbrata praefigurat, id enim plane falsum est: semper enim in re adumbrante aliquid ejusdem generis est cum eo, quod in re adumbrata praefigurat, Quamvis id ejusmodi sit, ut si cum eo, quod praefigurat comparetur, imago quaedam veritati opposita esse videatur. Hec ille.

LXXVI. Exemplis hoc ipsum declarare tentat sumit 1. ab aeneo serpente, qui ita sicut exaltatus sicut CHRISTUS, ubi utrobique fuit intuitus quidam; utrobique salus 2. ab Arca Noe. Antitypo Baptismi CHRISTI, quae ita ingressos servavit, sicut Baptismus accipientes ipsum servat. Quorum exemplorum prius pro nobis facit, siquidem serpens aeneus non ex se, non in se, non per se, non propter se, talem vim habebat, sed in ipsa voluntate & institutione Domini: si igitur Metallici serpentis tantus fuit usus ex divino consilio, cur non etiam tantus in ipsis sanguinibus pecorum sacrificialium. De altero exemplo in loco de sacramentis proprie plura.

LXXVII. Postquam haec admisit tandem iterum inquit: oportet igitur, si in victimis illis antiquis aliqua adumbratio fuit satisfactionis pro peccatis per Christi mortem, in iisdem quoque victi-

2.
Nova Soci-
ni instan-
tia quod sa-
crificia non
fuerint veri
typi mortis
Christi.

Responsio
ad istam
quoque in-
stantiam.

enim

mis aliquam satisfactionem pro peccatis fuisse; sed nulla prorsus fuit. Ergo neque ullam etiam satisfactionis istius adumbrationem in istis fuisse dicendum est, quicquid de illis dictum fuerit, quod (si ipsa verba spectamus) satisfactionem pro peccatis illis tribuere videatur. Quanquam nihil ejusmodi de ipsis dictum est unquam, id quod hac ratione demonstrari potest, quod nihil de victimis illis, quod huc magis pertineat, dictum est, quam cum illis sacrificandis secundum recentiore præsertim translationes peccata expiari sunt dicta. Sed verbum seu verba Hebræa, quæ in prædictis locis verbo expiandi reddita sunt, nullam satisfactionem signant, ut mox docebimus. *Hæc ibi.*

LXXIIX. Verum enim verò male nostras ecclesias accusat Socinus, quasi pro concessio sumant id, quod planè falsum est, nimirum, quod in sacrificialibus pecoribus nulla fuerit satisfactio pro peccatis, Præsupponimus enim id, quod est verissimum & quod à Spiritu S. affirmatur & Lev. n. 17. 11. à Spiritu S. expressè dicitur, *sanguis ipse super altare datus expiat animam, sanguis pecoris datur pro anima hominis, & in sanguine pecoris est anima pecoris, Ex divina igitur misericordia, divina voluntate, divinâ institutione in pecore puniuntur errata hominum, ut ut nobis non videatur, nec etiam sit in rigido examine inter homines & bestias speciei communio, ut ut eius oblatione Deo nihil dare possint homines, qui omnium pecorum & hominum & creaturarum ipse Dominus est.*

*Chaphar
quid sit se-
cundum So-
cinum.*

LXXIX. Effugium sibi paratum esse quoddam existimat Socinus in vocabulis Hebræis *Chaphar* & *Chitte*, adeoque de primo dixerit, quod significet, tegere, operire, oblinere, vel oblinendo obturare, & per translationem expiare & condonare. 2. Quod sacrificia expient, hoc est, auferant & purgent peccata, non aliter tamen, quia per sacrificia tegantur, & quodammodo oblinendo obturantur, & obscurantur peccata, dum eorum reatus auferretur & purgantur, nimirum à Deo sive Dei gratiâ & benignitate, nequaquam verò pro ipsis divinæ justitiæ satisfaciendo. *Sed nos lubenter concedimus Dei gratiâ, benignitateque regi, obturari, condonari & expiari peccata. Verum non aliter, quam oblato sacrificio pro peccatis, Patet hoc ex contextu, ubi dicitur remitti peccatum, sed quia processus sacrificiorum præcedit & tandem advertitur Lev. 4. 19. 20. (quando fit, adipis & simul sanguinis antea sparsi combustio)*

stio) **AT QUE EXPIABIT EOS SACERDOS**, & remittetur eis, ubi rectissime pro complendo sensu adjecit particulam *ita*, Pagninus, *Atq; ita expiabit eos.*

LXXX. Quanquam enim pro *expiationis* vocabulo vetus translatio usurpavit aliud, tamen hunc eundem sensus à Pagnino demonstrari scopum retinere coacta fuit. Sic enim habet illa: *Omniem adipem ejus tollet, & adolebit super altare, sic faciens & de hoc vitulo, quomodo fecit & prius: ET ROGANTE PRO EIS SACERDOTE PROPITIUS ERIT DOMINUS; Pagninus hoc pacto habet: AT QUE ITA EXPIABIT EOS SACERDOS, & remittetur eis. Dum rogat Sacerdos, remittetur eis, hoc est, rogante pro eis sacerdote, propitius est eis Dominus. *Sic dum expiat eos Sacerdos* (utique adipem & sanguinem adolendo & juvenco faciendo sicut factum fuerat innuento oblato pro peccato).*

LXXXI. Quorum omnium sensus est iste, qui datur Levit. 17, 11. *Animam carnis est in sanguine, ego dedi illum vobis super altare ad expiandam animam vestram, sanguis ipse expiat, h. e., ex voluntate DEI anima carnis seu pecoris data pro anima peccatoris, & passa seu cum carne sua combusta regit peccata peccatoris, oblinet ea, oblinendo obtrurat, facit condonari peccata, ITA expiat, ita reatum purgat & aufert. Ex se hæc facere non posset, sed facit propter DEI ordinationem, qui dabat vim serpenti æneo, ut visu intuentem sanaret, & hoc pacto sanaret homines, medios & gravissimos peccatores, quod hiltoria comprobat.*

LXXXII. De secundo vocabulo *Chitte* differit Socinus, quod significet mundare seu purificare. 2. Quod eo utatur Moses cum agitur de expiando altari aut in simili aliqua mūdatione. 3. Quod quando agitur de peccatis expiandis, tunc per raro aut nunquam eo usus sit. 4. Quod origine ejus inspecta potius ad peccatū quam aliud emundandum accommodari deberet. 5. Quod si aliquando sacrificijs quæ pro peccatis fierent, id verbum accommodavit Moses non tamen satisfaciendi sed mundandi vim & purificandi illi attribuisse dicendus sit. 6. Quod (licet aliquando erratum satisfactione purgetur & munderur) nō tamen ea ratione peccata in Deum purgentur, sed clementiā & pura ipsius Dei benignitate. 7. Quod hac de causa *Chitte* de Deo expiante usurpetur. Psal. 51. *Asperges me Hyssopo & MUNDABIS (seu expiabis) me.*

De Chitte secundum Socinum.

D

83. *Respon-*

LXXXIII. Respondemus ad I. Quod Chitte significet peccatum mundare Levit. 4, 20. juvencus pro peccato utriusque expiando sicut ibidem anne dicitur è vestigio. Significat a. & peccato se immundari, & vicissim à peccato emundari. Levit. 4; 2. Anima cum immundata fuerit, cū primis verò vers. 20. 21. 22. 23. 24. faciet juvenco quemadmodum fecit juvenco Hachattath peccati (pro peccato.) Et expiabit (Caphar) super eos Sacerdos, & dimittetur eis, educet juvencum extra castra & comburet eum, quemadmodum combussit juvencum primum, (Chattath) peccatum congregationis ipse, ut vertit Arias Montanus, & ad marginem posuit oblatio pro peccato congregationis est. Annon enim hic juvencus mundationis seu purificationis dicitur expiare, regere, oblinere, obturare, & c. a deoq; an non satis patet, utriusq; vocabuli eandem esse vim. Inspiciantur reliqua per illud ipsum Caput. Sic n. vers. 24. turur pro peccato prelati seu principis oblatus dicitur (Chattath) peccatum ipse, seu oblatio pro peccato. Versu 29. fulciet manum suam super caput Hachattath peccati, oblationis pro peccato caprae, & maclabit (Et Hachattath) peccatum, oblationem pro peccato, & tandem expiabit & dimittetur ei. Id quod secunda vice repetitur versu 33. & usq; ad finem cap. 4.

LXXXIV. Idem sit Levitici 5, 6. adducet delictum suum (oblationem delicti sui) Domino super peccato suo, quod peccavit (Chatta) feminam è pecoribus agnam, vel hircam caprarum **AD PECCATUM** (Lechattath) pro peccato & expiabit super eum Sacerdos à peccato ejus. Vide similes phrasas versu 8. versu 9. Adsperset de sanguine peccati (oblationis pro peccato avis columbae) peccatum ipse (oblatio pro peccato ipse) sic v. II. ad mincham eadem vox usurpatur eodem omni prorsus, jam indicat. modo, Vide Levitici 9, 2. 3. 8. 10. 15. 22. quo postremo versu Aaron descendit à faciendo peccatum & ascensionem & pacificam. Item Levit. 10. 16. 17. 19. quo ultimo versu dicitur: Cur non comedistis peccatum in loco sanctitatis, quia dedit vobis ad portandam iniquitatem, ad expiandum super eos, Levit. 12, 6. 8. puerpera debet agnum vel columbas adducere ad peccatum (Lechattath) & expiabit eum Sacerdos & mundabitur. Lev. 14. v. 13. in quo loco maclabit peccatum (Chattath) facietq; Sacerdos peccatum & expiabit (Caphar) 22. Unus pullus columbae erit peccatum, hoc est, oblatio pro peccato. Hac de causa vetus interpretes Chatta derivatam vocem pro sacrificio peccati fuit coactus interpretari Lev. 4. v. 21. 24. 29. 32. & 5. 7. 9. & 9. 2. 3. 8. 10. 15. 22. & c.

LXXXV. Fatemur autem hoc thema etiam aliis rebus mundandis adscribi Lev. 14. 49. mundationi domus leprose Exod. 29. 36. 37. & expiando altari. Sed & Caphar pro aliis usurpatur, & ibidem versu 52. *expiabit super domum Caphar*, Verum diligenter notandum, verba illa esse generalissimæ acceptionis. Levitici 14. 49. agitur de mundatione non sacrificiali, sed alia ceremoniali, qua sacerdos publicè testabatur, leprosam domum jam non amplius pro domo infesta, sed pro munda esse habendam. Itaq; passeris sanguine in aquam tincto spargebat versus domum illam, & hæc Ceremonia usurpabatur quoque in declaratione hominis non amplius leprosi, sed mundi facti Levit. 14. 4. 5. 6. De mundatione illa domus externa tum Chatta, tum Caphar usurpatur versu 49. & 52. cap. 14. Levitici.

LXXXVI. Quando verò de homine sacrificante usurpantur verba illa, tum modum alium habent adjectum, nimirum *expiant animâ pecoris datâ pro animâ hominum*, Levit. 17. 11. Domus mundatur nequaquã, datâ animâ passeris pro salute domus, id quod nullibi extat in sacris literis. Utrur igitur cõmunes sunt acceptiones vocabulorũ, tamẽ adhuc determinationes insigne faciunt discriminẽ.

LXXXVII. Quod atinet ad mundationem altaris & sanctuarij factam per sacrificia Exodi 29. 36. 37. & 30. 10. Levit. 16. 16. Credendum est, nihil aliud innui phrasi illa, quam quod ipsamet peccata hominum, in quorum medio, & simul varijs eorundem prævaricationibus constitutum est sanctuarium & altare, expientur. Textus illud & contextus ex versione Ariæ simul optimè evincunt. Exod. 29. 36. 37. *Juvenum peccatum facies super expiationes, & expiabis super altare in expiando te super eo, & unges eum ad sacrificandum ipsum. Septem diebus expiabis super altare &c.*

LXXXVIII. Levitici 16. 16. *Emundabit super sanctuarium ab immunditiis filiorum Israël, & à prævaricationibus eorum, cunctisq; peccatis eorum. Sic quoq; faciet tabernaculo conventus, quod moratur cum eis, IN MEDIO IMMUNDITIARUM eorũ. Nullus homo erit in tabernaculo Ecclesiæ, dum ingreditur ipse ad emundandũ in sanctuario, DONEC egrediatur ipse (è tabernaculo) & expiationẽ fecerit captã in sanctuario & in tabernaculo cõpleverit & absolverit pro se & pro domo sua, & pro universo cætu Israël. Sic n. ver. 3. etiã dictũ fuerat. Cum hoc ingreditur Aaron sanctuarium cum juvenco filio bovis in hostiam pro peccato, & offeret juvenum*

De mundatione altarium à peccatis, quæ est phrasis talis, cum Sol & Luna jubentur laudare Dominum.



pro peccato, & expiationem faciet pro se & pro domo sua, & 14. de sanguine
juvenci inferet infra velum versus propitiatorium. & 15. 16. de sanguine hir-
ci pro toto catu Israel etiam inferet intra velum. Atq; emundat (hac ratione)
super sanctuarium ab immunditiis filiorum Israël, & à pravariationibus eo-
rum, cunctisq; peccatis eorum &c. Eodem pacto tabernaculum extra
sanctum sanctorum, hoc est, ipsum sanctum expiabit versu 16.
Idem exhibit ex sancto in atrium ad altare & expiabit super illud quoq;
de sanguine juvenci pro peccato sacerdotum, & de sanguine hirci pro peccato
totius catu Israël ac mundabit illud ab immunditiis filiorum Israël.

LXXXIX. Huc pertinent verba Apostoli ad Hebr. c. 9. 18. & seqq.
Vnde nec prius quidem (fædus) illud absq; sanguine dedicatum fuit. Cum
enim Moses omne præceptum juxta legem exposuisset omni populo, sumto san-
guine vitulorum, & hircorum cum aqua & lana coccina & hyssopo, simul
& ipsum librum & totum populum adspersit, dicens: Hic est sanguis testa-
menti, quod mandavit nobis DEVS. Ergo si vera est doctrina Eccle-
siarum nostrarum hæcenus confirmata ex verbo Domini de sa-
crificiis, non poterat ex lege promitti salus, sed necessariò Christus
in sua Ceremonia erat vitæ æternæ indigitandus dator.

Apostoli in no-
vo testamento
citant aliqua
que non ex-
tant in Vet.
Testamento.

XC. Et hæc de historia Exodi 24. habet Apostolus ad Hebræos;
pluribus eam verbis citans, quam describitur ab ipso Mos. Moses
enim nihil habet de hircis, nihil de aqua, nihil de lana coccina, nihil de hyssopo,
nihil de libro consperso, sed hæc ex aliis libris Israeliticis seu Juda-
icis legit, ex quibus etiam A. Paul. 2. Tim. 38. nominat duos Magos
Pharabnis, Iannem & Mamrem: Apost. Judas v. 9. altercationem Archangeli
cum Diabolo super corpore Mosis, & ea quibus Christus tum alia
plurima, tum aliquot parabolas mutuatus hominibus plus stupo-
ris in ferre voluisse ab eruditis existimatur, quomodo ipse illitera-
tus ex profundis voluminibus Hebraicis talia posset proferre. Le-
ge cum jucunditate istam rem passim in Præteritis Drusij.

XCI. Et ut paucis, tantum aliqua innuantur, scribit Drusius su-
per Matthæi cap. 20, 1. hæc verba: Similis parabola exstat in libro Mu-
sar, cap. 10. & in Ilmedenuim sive Ielam medenu fol. 38. Col. 2. de quodã re-
ge, qui conduxerat operarios ad opus suum, & ex ijs unum duxerat, prodeam-
bulatum usq; ad vesperam qui tamen parem mercedem cum aliis accipiebat.
Idem super Matth. 21, 2. Simile est regnum cælorum regi qui fecit nuptias
&c. Et hæc verba scribit Similis parabola invenitur in Midras misle,
id est, proverbiorum ad versum statera & balances iudicium Domini.

XCL. Ergo

XCVII. Ergo sine dubio in Hebræorum libris multā sanctissimi-
morum patriarcharum verba divino Spiritu ex ipsis prodita la-
tent, & eadem Apostoli Spiritu S. pleni solertissime excerpterunt
cum contra tempore Christi scribæ alia ineptissima docerent,
Matth. 13, 16. *Quisquis juraverit per templum nihil est: Quicumq; autem ju-
raverit per aurum templi, debet, & quæ sunt similia passim plurima, cum
etiam hodierni adhuc quisquillas, veterum novis fabulis & in-
gentibus infantilitatibus atque ineptiis augeant, quas passim vi-
dere poterit lector, in schola Judaica Buxdorffii, Utrum videli-
cet feram in sabbatho captam comedere in sabbatho liceat, utrū
liceat ova die sabbathi producta comedere, ne gallinis spargan-
tur gramina loco humido in sabbathis, ut inde crescant fruges,
&c.*

XCVIII. Atque ex his breviter delibatis intelligit quilibet, quid
sentiendum sit de cuibusdam cupientibus exterminata omnia
volumina Hebræa, præter solum codicem Biblicum. *Verum qui-
dem est, quod monstrosæ sint fabulæ in libris Hebræorum scilicet
aliquorum, & præsertim recentiorum: interim etiam verum esse
jam patebit, multa in iisdem sanctissima & divina contineri: sed
surdis narrantur proverbialia: Eo res redacta est in orbe terrarum
ut omnes aliæ linguæ plus curentur, quam lingua Hebræa: & o-
mnium aliorum populorum, historiæ investigentur accuratius,
quam historia populi illius, ex cujus sanguine prodit salvator
generis humani. Id quod dolendum.*

*Querela de
neglectis stu-
diis Hebræi-
cis.*

XCVIII. *Sed ad rem: Post historiam Exod. 24. indigitatam Apo-
stolus ad Hebræos aliud quippiam ex Levitici 16. commemorat,
illud nimirum, de quo jam modo aliqua fuere dicta, de emundatio-
ne sanctuarij tabernaculi, altaris. Id quæ facit in hunc modum versu declaratio,
21. Insuper & tabernaculum & omnia vasa sacrorum sanguine similiter a-
quod sangui
spergebat, Et omnia ferè secundum legem sanguine purificantur, & absque ne sacrificia
sanguinis effusione non sit remissio. Ecce lector, cogita tu, si vasa aho-
li etiam al-
quin aquis mundantur, & sanguine conspersa potius censpurcantur, an tare & alia
non necesse sit dici, quod mundatio illa spectarit non ipsa vasa, dicuntur su-
ædificia, sed peccata hominum commorantium toto anno in cir-
cuitu templi & multis modis erga tantas res indignè se gerenti-
ta.*

um.

D 3

95. Idem



LCV. Idem ex his jam indigitatis faciet lector 'judicium de as-
persione sanguinis super tenerum auris dextra, Aaron super pollicem ma-
nus ejus dextra, & super pollicem pedis ejus dextri, ut & super vestes Aaro-
nis & filiorum ejus Levitici 8. 23. 24. 30. qua aspersione fuerunt sancti-
ficati Aaron & filii ejus cum vestibus ipsorum, quemadmodum
clare dicitur, Exod. 29. 20. 21. Etsi verò Exod. 24. nullius fit men-
tio sanctificationis, tamen quia Hebr. 9. in complexu versum
18. 19. 20. 21. 22. & eadem historia continetur, & simul purificationis
mentio extat, eo minus hac de re dubitari poterit. Quin & eo-
dem censu habebimus aspersione sanguinis ex oblatione pro
peccato super tenerum auris dextrae, & super pollicem manus
dextrae, & super pollicem pedis dextri in eo mundando, qui lepro-
sus hactenus fuerat Levitici 14. 14. 25.

^{4.}
Alia adhuc **XCVI.** Occurrit in hisce jam citatis exemplis mentio explica-
instantia So tionis vocabuli *Mundare* pro mundum declarare. Sacerdos polluet e-
cini, quasi um, contaminabit eum, immundabit eum, hoc est, pollutum, contami-
mundare sit natum, immundum judicabit & pronuntiabit, Levitici 13, 3. Sed
mundum de jam antea, antequam ad sacerdotem accedebat leprosus, erat im-
clarare, ut mundus, ut rectè scribit *Ostorodus* in institutione Germanica cap.
Expiare es- 29. folio istius capituli ultimo.

set expiatu
declarare. **XCVII.** Ergò pronuntiavit eum pollutum hac ratione, quando
juxta mandatum divinum carnem ipsius inspexit, tumorem, sca-
biem, plagam, colores, pilos, profunditatem vè consideravit, &
prout rem ipsam deprehendit, ita hominem istum vel mundavit,
vel immundavit, hoc est, ex ipsa regula divinitus præscripta sana-
tum esse, vel morbo correptum esse, judicavit, proclamavit, ipse
verò eundem nec sanavit nec corripuit morbo.

Responsio.
Quasi Me-
dicum judi-
cium de sa-
nato lepro-
so. **XCVIII.** Simili modo cap. 14 Levitici docetur mundatio hominis,
qui fuit antea leprosus. Nimirum sacerdos iterum inspicit car-
nem ejus, accipit duos passeris, tanquam aves mundas (ad vesce-
datio lepro- dum, non verò ad sacrificandum.) ut ex ipsis sanguinem accipiat, item,
si, ut possit accipit lignum cedrinum, lanam cocco tinctam & hyssopum, ut
liberè con- ex his tribus præparet instrumentum fusorium seu sparforium,
versari cum ubi hyssoppus herba filis coccineis ad baculum seu virgam ce-
aliis dein- dri-

ceps.

drinam alligatur, præterea jubet mactari unam avem super vase figulino, in quo sunt aquæ puræ, ut in ea excipiatur sanguis unius avis, denique in has tinctas aquas intingit avem alteram cum cedro &c. & spargit septies versus eum qui, hætenus laboravit lepra. & avem vivam liberè facit avolare &c. hocque ritu coram omnibus (extra castra enim egreditur sacerdos Levitici 14, 3. ubi spectatorum factus fuit concursus, &c.) absolute publicè restatur, se juxta leges divinitus præscriptas hunc seclusum & hætenus ab aliorum commercio separatum examinasse, & nunc in eo deprehendere ea indicia, quæ Deus præscripsit, & propter quæ liceat divino indultu ipsi iterum liberrimè cum aliis conversari. Mundat igitur Levitici 14, 7, 31, hoc est, divinitus restitutum sanitati & divino indultu propter indicia sufficientia, & nunc apparentia cum aliis conversari permittendum judicat & saltem pronunciat.

XCIX. Eadem ratione sacerdos vel polluit vel mundat vestem, quæ leprâ fuerat correpta, vel ab eadem liberata, Vide lector Levitici 13, à versu 47. ad finem usque, ubi in fine sunt phrasæ *immundare & polluere vestem.* Eadem ceremonia, quæ de leproso corpore dicta fuit, servatur eodem pacto in domo leprosa sive polluenda sive mundanda Levitici 14, à versu 34. usque ad finem.

C. Sed hæc expositio non habet locum in sacrificiis ipsismet Levitici 17, 11. in hunc modum: *Sanguis ipse expiat animam,* hoc est sanguine fuso certior est homo, Deum sibi remisisse peccata, Nam alia ratio videm additur, cur sanguis expiet, nimirum quia in ipso est anima seu vita pecoris, & super hoc pecus posita sunt peccata offerentis, & ipse in ea nimirum consideratione portans sibi imposita peccata aliena datus est super altare ad expiandam animam hominis peccatoris, cujus videlicet hominis peccata imponuntur pecori sacrificiali, quemadmodum supra latissime est declaratum & patet Levitici 16. vers. 21. 1. Pecori imponuntur peccata viventi, 2. Postea effunditur sanguis, (in quo est vita pecoris, portantis peccata hominis) super altare, comburitur, & sic expiat animam hominis peccantis.

Sacerdos mundat vel immundat vestem in casu lepræ.

CI. Et si

CI. Et si igitur ex hypothesi adversariis, ex hypothesi saltem, inquam concederemus, sacerdotem expiare, expiatum declarando, et si concederemus ex hypothesi, pecus expiare, expiatum declarando, tamen nihil, & ne dum minimum aliquid obtinerent adversarii. Sicut enim quaeritur, quomodo sacerdos immundaverit & mundaverit leprosum & responderetur, considerando & pronunciando, quid DEUS in leproso vel morbi vel sanitatis fecerit; ita hic jam & illico quaeritur, quomodo, sanguis pecoris expiari, & quomodo sacerdos expiari.

CII. Sanguis utique ita expiavit, dum pecus in se recipit peccatum hominis, posteaque mactatur, sanguine privatur & vita pariter, sanguisque, cui peccata sunt imposita, comburitur, & hoc pacto expiat animam, hoc est, ex gratia & voluntate DEI, & ex ipsius institutione hominem peccatorem tegit, peccata ejus oblitit, & hominem DEO placat, id quod usitate vocant, *satisfacere*. Licet autem tali actu par pari non referatur, cum sit discrimen infinitum inter hominem & pecus, tamen DEUS propter hanc suam ordinationem quiescit ac si par pari fuisset relatum.

Quid sacerdos in sacrificio praestet.

CIII. Econtra sacerdos dicitur expiasse, quando rite omnia instituit & pergit cum pecore sacrificiali, tale nimirum selegit, quale DEI constitutiones exigunt, ita illud tractavit, sicut debuit tractari, ut fulcirentur manus offerentis, super ipsum, & ita peccata eidem imponerentur, postea, ut mactaretur, ut exciperetur sanguis, ut spargeretur & funderetur sanguis super altare, ut sanguis iste & alius in corpore latens, cum carne datus super altare, consumeretur, & tunc HOC PACTO seu HIS RITIBUS factis declararet, DEUM habere istam expiationem pro tali expiatione, qua sanguis pecoris, in quo est anima carnis, expiavit animam peccatoris, seu peccata illa, quae à peccante super pecus fuerant per manus impositionem coniecta. Longè, imò infinities differt expiatio pecoris ab expiatione sacerdotis.

CIV. Quanti momenti sit Socini responsio de pecore, QVASI portante peccata sibi imposita, pluribus actum fuit in disputatione, super QVASI portante, scilicet super verba 1. Joh. 1. 7. Si in luce ambulemus, sicut & ipse est in luce, Socinorum haec est etiā tatem habemus ad invicem, & sanguis Iesu Christi filij ejus, emundat nos ab omni

omni peccato, hoc est, juxta Socinum, emundatos nos pronuntiabit, *QVASI solutio*
Sanguis enim Filij DEI fusus est, ut testetur, pœnitentibus condo- *id est nulla.*
nari peccata, non verò efficit, ut moveatur DEUS ad condonan- *s.*
da nobis peccata. Atq; ait Socinus, idem est illud, quod postea sub- *Adhuc alia in-*
jūgit, *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis pec-*
cata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate: ubi ait de futura, non quod sanguis *stantia Socini*
præterita emundatione eaque Patri tributa, sermonem esse. *Christi mūdet*
CV. Verum enim vero scripturas de Christo passò agentes, dili- *non prius quã*
genter rimantibus apparebit, *quasdam* loqui de peracto universa- *homines cre-*
li & generali opere expiationis Christi, *quasdam* verò de appro- *dant.*
priatione operis istius expiationis per Christum peractæ, & ambas
conciliandas & ita in allegationibus explicandas esse, ne aliæ pu- *Resp. Scriptu-*
gnent adversus alias. *ra de emunda*

CVI. Ad primam classem pertinent illæ. Rom. 3. 25. Quem PROPOSUIT *tione hominū*
DEUS propitiatorem in sanguine ad ostensionē justitiæ suæ, pro- *per sanguinē*
pter remissionem præcedentium delictorū. & 4. 25: Traditus est Christi diver-
propter delicta nostra Act. 20. 28. Ecclesiam DEI, quam acquisivit *simodè lo-*
sanguine suo. 2. Cor. 5. 21; Eum qui non noverat peccatū, pro nobis *quitur.*
fecit peccatum, ut nos efficeremur DEI justitia in ipso (*vide etiam*
Rom. 8. 3.) Gal. 3. 13. Christus nos redemit ab execratione legis, fa- *Oracula lo-*
ctus pro nobis execratio sive maledictio (*in quibus oraculis sacris si-*
mul sunt optimæ allusiones ad pecus sacrificiale, quod fit maledictio & pecca-
tum, cum tamen peccatum non fecerit, nec maledictionem fuerit promeri-
tum) Rom. 5. 8. Cum adhuc essemus peccatores, Christus pro Iesu Christi *sanguinem*
nobis mortuus est, 10. Cum inimici essemus reconciliati sumus *toto genere*
DEO per mortem Filij ejus. Matth. 20. 28, Filius hominis non *humano.*
venit ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, & daret suam ani-
mam redemptionis precium pro multis. & 26. 28. Hic est sanguis
meus, novi Testam., qui pro multis effunditur in remissionem
peccatorum. Hebr. 2. 14. Ut per mortem aboleret eum, qui mor-
tis habebat imperiū (*Anima Christi seu Christi vita data est pro vita pec-*
catorū, sicut anima bruti pro anima hominis peccatoris, etiam agnoscet in
his di&is lector allusiones veterum typorum) & 7. 27. Cui non
est necesse, quotidie offerre, nam id fecit semel, quum semet-
ipsum obrulit. *Illud SEMEL repetitur* Hebr. 9. 12. 26. 28. Nunc *Semel abole-*
semel in consummatione seculorum ad abolendum peccatum, vi tChristus.

E

per

peccatum per
immolationem
sui ipsius.

per immolationem sui ipsius patefactus est. Ita CHRISTVS semel oblatuſ est, ut multorum peccata tolleret. Vide Hebr. 10. 10. 12. 14. Hic una pro peccatis oblatione viſtima; Vnica oblatione conſecravit in perpetuum eos, qui ſanctificantur. (Ergo qui ſalvantur & in vita ſalvationem apprehendunt, & agunt penitentiam pro illis tunc obtulit, quoniam ſeipſum obtulit, & nihil aliud nunc ſit, quam quod oblatio illa olim facta a ipsis appropriatur. Vide & 1. Pet. 3. 18. Christus ſemel pro peccatis paſſus.

Oracula lo-
quentia de
ſalutari ap-
plicatione ſan-
guinis Christi
pro nobis effu-
ſi.

CVII. Ad poſtერიorem claſſem, pertinet illud 1. Jolian. 1. 7. Si in luce incedimus, Sanguis JESU CHRISTI Filij eius emundat nos ab omni peccato. Ratio talis eſt locutionis data diſputatione præcedente, ſiquidem qui manent in impoenitentia, ſuper eos manet decretum Genef. 2, 17. morte morieris. Tantum enim illis prodeſt promiſſio, & Meſſias Genef. 3, 15. qui poenitent, & gratiam vera fide amplectuntur, veramque fidem vere ſancta vita teſtificantur. Patet illud ex oraculis Christi mixtim illa duo comprehendentibus, Roman. 14. 15. Ne eſca tua illum perdas, pro quo Chriſtus mortuus eſt, (Ergo Chriſtus etiam mortuus eſt pro impoenitentibus, & tandem damnandis. Vide eandem ſententiam 1. Corinth. 8. 11. Hebr. 10. 29. 2. Pet. 2. 1. ſicuri multi damnati ſunt, qui tamen ſacrificia obtulerant, & ſacrificiis expiati fuerant, ſeu pro quibus pecora animas ſuas poſuerant.) Tit. 2. 14. Qui dedit ſemetipſum, ut nos redimeret, ab omni iniquitate, & purificaret ſibi ipſi populum. 1. Pet. 1. 18. Cum ſciatis, vos non caduci, argento aut auro fuiſſe redemptos ex vana veſtra converſatione, ex patrum traditionibus accepta, ſed precioſo ſanguine quaſi agni immaculati &c. Roman. 5. 9. 1. Pet. 2. 24. Qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, juſtitia viveremus.

CVIII. Quapropter ſi ambas Scripturas contulerimus, non tantum fidem nobis facit ſanguis CHRISTI, quod Pater nobis velit dare remiſſionem peccatorum, ſed ipſe mover patrem, ut hoc faciat, ſiquidem pro nobis Chriſtus paſſus fuit, Patre conſciente ſuper ipſum omnium noſtrum peccata & ita Filius portavit noſtra
Arum

strum omnium peccata, sicuti pecus sacrificiale, id quod hactenus satis perspicue fuit traditum.

CIX. Quod autem etiam DEVS dicitur Emundare. 1. Jo-
han. 1, 9. quid hoc miratur Socinus, qui non ignorat illa E-
saiæ 53, 6. *Iehova posuit in eo iniquitatem omnium nostrum*, Jo-
han. 1, 20. *Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi* Johan. *cur dicatur*
3, 16. Sic DEVS dilexit mundum, ut unigenitum Filium su-
um daret. Rom. 3, 24. 25. per redemptionem in O H R I S T O
J E S U, quem proposuit DEVS propitiatorium per fidem in sanguine
ipsius. Roman. 8, 3. quod impossibile erat legi, in quo infir-
mabatur per carnem, DEVS Filium suum mittens in similitudi-
nem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne,
2. Cor. 5, 19: DEVS erat in Christo, mundum reconcilians si-
bi. Quæ omnia intellectu & conciliatu sunt facilia, siquidem
Scriptura tribuit omnino DEO, quod tamen Christus suscepit
faciendum ex consilio & approbatione totius Trinitatis.

CX. Cæterum adhuc unum est hîc tangendum, quod Soci-
nus parte 3. de Servatore Cap. II. sub finem mover. Ibi conatur
infringere, quasi verba illa *oblatio in odorem quietis Iehovæ*, non sint
idem quod alioquin dicimus, *In odorem qui quiescere facit iram*
Iehovæ. Vult enim tantum hoc significari, *in odorem qui Iehovæ*
suavissimus est & gratissimus. 1. Provocat ad interpretes 70. qui hoc
modo verterint & ad Paulum 70. imitatum. Ephes. 5, 2. Philip.
4, 18. Idem dicit, quod apud Latinos *quietis* vocabulum, non
iræ placationem, sed maximam oblectationem significet. 2.
Deinde dicit, quod verba illa exprimantur etiam in illis sacrifici-
is, in quibus non de placando DEO, sed vel de gratiis ipsi agen-
dis, vel aliàs de rebus ab iræ placatione longè diversis agatur.
3. Ulterius ipsum movit, quod in Sacrificijs, quæ pro peccato
fiebant, perraro ea verba apposita inveniantur. 4. Quod eadem
verba non reperiantur dicta verè de eo, per quod maximè pec-
catum expiabatur, hoc est, de sanguinis effusione & oblatione,
sed de combustione adipis, & renium mactatæ pecudis, & quod
ex effusione sanguinis nullus odor inde ad superiora ferretur.

E 2

6.
Ad aliam in-
stantiam So-
cini responsio
& declaratio
quod omnino,
oblatio in
odorem quie-
tis Iehovæ sit
idem quod
odor quiesce-
re faciens Ie-
hovam.

5. Etiam si

5. 5. Etiam si significaret placare iram, quod tamen inde non sequeretur satisfactio justitiæ, cum possit aliquis levissima re aliquando placari, ut si quis de jure suo plurimum dimittens, satis habuerit, veniam a se suppliciter peti, vel etiam alterius verbis tantum delinitus fuerit.

CXI. Respondetur nostras Ecclesias non ex verbulo solo QVIETIS colligere & credere, sacrificiis fuisse expiata peccata hominum: sed ex conjunctis contextuum sensibus his, 1. Quod DEI ordinatione ad peccata expianda destinantur pecora. 2. quod DEI jussu pecoribus peccata hominum per manuum impositionem imponantur. 3. quod Deus jubet, peccatis onerata pecora interfici, 4. quod interfectorum pecorum sanguis datur divina ordinatione, super altare. 5. quod datus & combustus super altare, expiat hominem peccatorem. Hæc passim in doctrina sacrificiorum per Leviticum tradita reperientur.

Biblia non
præcisâ Ca-
techismi for-
mâ, sed Histo-
ricâ methodo
conscribuntur.

CXII. Neminem autem moveat, quod non semper omnia uno in loco traduntur, sicuti in Catecheticis definitionibus & divisionibus atque explicationibus fieri consuevit. Nam nec in aliis articulis fidei, alia servari deprehenditur methodus, Et in specie doctrina sacrificiorum, quasi populo illi plus satis trita, breviter traditur, & à nostris hodie Ecclesiis, tam facile, ut à pristino illo populo *αὐτόμη*, non intelligitur, sicut experti protestabuntur.

CXIII. In illa autem doctrina Synonymōs usurpantur hæc duo, 1. Odor quietis Jehovæ, 2. Expiatio: De holocaustis dicitur utrumque Levitici 1. prius versu nono, posterius versu quarto, unde plebij ratiocinari possunt, utrumque illud esse ejusdem significationis. Nam si sacrificia pro peccato expiant, ut expiare debent, ita ut remittatur peccatum, à versu 13. usq; ad finem capitis quarti Levitici, & in primis si jubetur, ut detur de ipsis aliquid super altare, tum utique eadem dicentur fuisse odor quietis Jehovæ. Immò nominatim sacrificio pro peccato privati eadem verba *odor quietis Jehovæ* ascribuntur Levitici 4. versu tricesimo primo.

114. Ordi.

- CXIV. Ordine verò respondetur ad objectionēs Socini, ad r. eodem rem redire, cui enim odor est suavissimus, ille suscipit e-
um cum beneplacito, sicut *Thargum* convertit; si est suavis & cum
beneplacito suscipitur, tum Deus quiescit in ipso. Et cur non ef-
fet suavis Domino, qui hoc pacto hominem ad pœnitentiam *Sacrificiorũ*
perducit, pœnitentiq̃ue remittit peccatum, & hoc actu delecta-
tur, qui alias est graveolentissimus & insuavissimus. Quid opus *odor per se*
est ex latino QUIETIS vocabulo argumentari, quando fœn-
tes sunt consulendi. Nec quicquam tamen contra nos latina *tus carnib9*
vox, siquidem nec ex sola Græca, nec ex sola latina rem concludi-
mus, verum ex contextu juxta modum paulo ante monstratum. *crudis com-*
bustis tamẽ
Deo dicitur
esse suavis.
CXXV. Ad 2. Quod omne sacrificium (etiam illud, quod in spe-
cie pro peccato non nuncupabatur, non debebatur, non offereba-
tur,) tamen expiet, illud ostensum est disputatione de sacrificiis,
habita 10. Junii 1614. Holocausta expiare patet Levitici 1, 4. Holo-
causta minchas & libamina dare jubetur Princeps Ezech. 45, 17.
& additur, *ipse faciet oblationem pro peccato & mincham & holocaustum*
& pacifica AD EXPIANDUM domum Israel Et cur non expias-
sent pacifica, cum ipsorum sanguis spargatur super altare Levitici
3. 2. 8. 13. & verò in genere Levitici, 17, 11. docetur quod sanguis da-
tus super altare expiet. Adeò nunquam DEUS voluit sibi gratias
agi, aut aliquid peti, nisi admixta sollicitudine de remissione pec-
catorum.
- CXXVI. Ad 3. Etsi perrarò de sacrificiis pro peccato dicitur, quod
sint odor qui eris Jehovæ, tamen exemplum datum fuit, ubi ea-
dem verba de ipsis usurpantur. Er unum exemplum contra-
rium regulam universaliter positam, non patitur manere univer-
salem.
- CXXVII. Ad 4. Verba illa *odor qui eris lehovæ* dicuntur de incenso
sacrificiali sanguine, & reliquo corpore pecoris sacrificialis. Audi
enim Levitici 1, 5. 6. 7. 8. 9. manus imponuntur pecori, sanguis spar-
gitur super altare in circuitu, fiunt frustra, disponitur ignis super
altare, disponuntur super ignem frustra & intestina & crura, ado-
lentur hæc omnia, *Et hoc totum ita factum seu peractum dicitur Holo-*
caustum, oblatio ignita odoris qui eris Jehovæ: Idem processus
servatur in omnibus reliquis.
- CXXIX. Ad 5. Illud valde exaggerat Socinus passim, quod no-
stro

I.

II.

III.

IV.

V.

stro sensu expiantibus, *Et querit*, quomodo hoc possit dici pro satisfactione facta justitiæ divinæ. Sed jam modo sæpè fuit indicatum, nos de his rebus aliter non judicare, quam prout nobis revelatur divinitus. Acquiescit DEUS in istis oblationibus, & ex magna misericordia atq; *Φιλανθρωπία* loco hominis puniri facit pecudem, quod expressus textus Levitici 17, 11. cum textibus de impositis peccatis hominum super pecora collatus, vel dupla ratione evincit. Ergo in sacrificiis & collatio & adumbratio satisfactionis est, diverso respectu hætenus indicato. Novimus, quod non par sit ratio utriusque speciei, sed quid tum? tamen DEUS ita se manifestat, quod acquiescat, ac si plenariè & pariliter sibi suæque justitiæ fuisset satisfactum.

II. SECUNDUM OBJECTUM SCHMAL- CII DE SACRIFICIIS.

CXIX. *Secundo querit Smalcus*, unde constet sacrificia cœpisse statim post lapsū cœpisse in paradiso, cœpisse cū promissione, de se *Hæc usq; ad* mine benedicto (*ut jã inquit concedam factam esse aliquam promissionem hujus nẽ, quod tamẽ incertũmò falsum esse, supra etiã demonstratũ est.*) Sacrificia theseos vera n. quæ Abel & Cain DEO obtulerūt, nec in paradiso, nec statim post sunt, prout lapsum, cum ista Franzij promissione oblata esse, 1. tum ipsa ratio do- à Smalcio cet (nam cum Adam in Paradiso esset, & peccasset, solus erat cum enarrantur uxore, ejectus verò è Paradiso uxorem demum cognovit, ex qua & ea nos nõ Cainum & Abelum suscepit, Hos verò statim post nativita- negamus tem sacrificasse, quis nisi *mentis inops*, affirmabit? præsertim cum Lutherani, legatur, tunc ejus ætatis fuisse fratres primos, ut alter alterum in- Ergo Smal- tẽrimere posset) 2. tum ipsa etiam sacra scriptura testatur, Di- cius adver- cit enim post | ejectionem parentum è Paradiso natos fuisse fili- sus quemnã os duos, & Abelem fuisse pastorem ovium, Cainum verò Agrico- pugnât. lam, Factum etiam esse post multos dies, ut offerrent &c. Qui multi dies non paucorum annorum. loco censendi sunt *Hæc omnia ille.*

CXX. Respondemus, omninò sacrificia non nisi post lapsum cœperunt, quia scriptura sacra etli brevissimè quidem duobus ca-
piti

pitibus Geneseos de statu innocentiae agit, interim tamen nec umbram occasionis inveniendi vel levissimum vestigium saltem al quod sacrificiorum ante lapsum institutorum vel futurorum nobis praebet, quemadmodum disputatione sacrificiali prima demonstravimus

CXXI. Statim verò post lapsum insecutum primorum parentum, & post receptum in gratiam genus humanum enarrat scriptura, cultum singularem divinum in sacrificiis quendam. Novus igitur articulus Theologicus post lapsum profertur, agens de tali spectaculo, ubi fit effusio sanguinis in oblatis primogenitis.

CXXII. *Primogenita offeruntur per omnia, sicuti pacifica, ceremoniis iisdem, Num. 18. 17. primogenitum bovis aut primogenitum ovis, aut primogenitum caprae non redimes, sunt sanctificata, sanguinem eorum sparges juxta altare, & adipem eorum adolebis, oblatio ignita est, in odorem quietis Jehova. Et caro eorum erit tua, ut pectus elevationis & ut armus dexter. Deut. 12, 17. Non poteris comedere intra portas tuas, primogenita boum tuorum, & pecudum tuarum & omnia vota tua, & oblationes manus tuae, sed coram Jehova Deo tuo comedes illa, in loco, quem elegerit Jehova Deus tuus, tu & filius tuus & filia tua, & servus tuus &c. Vide etiam Levitici 22, 17.*

CXXIII. Ergò pars ut adeps & sanguis Deo cedit de primogenitis, pars sacerdoti, pars offerentibus ipsis civibus, vel aliis hominibus. Et cum hac Mosaica descriptione in Numeris cap. 18, 17. facta optime congruit modus sacrificiationis per Abelum facta, quia Gen. 4, 4. expressa extat & specialis mentio Adipis primogenitorum. Unde firmissimè colligemus, talem fuisse ceremoniam sacrificandi primogenita tempore Adami, qualis fuit servata ceremonia sacrificandi eadem ipsa et tempore Moysis, quin & colligimus illud potenter, ceremoniam sacrificandi primogenita tempori Moysis & tempori Adami servatam citra dubium etiam intermediis inter Adamum & Moysen temporibus viguisse, per longævos patres de manu ad manum tradita & accepta, tandem verò litteris jussu divino per Moysen solennissimis comprehensa.

CXXIV. Praeterea quia pars de primogenitis Abelis oblata seu

Ceremonia sacrificandi inde ab initio post lapsum usque ad Moysen & à Mose ad Christum usq; semper eadem & similes.

*Sacrificium
Abelis EX-
PLAVIT,*

sacrificata fuit DEO grata, seu DEVS ad eam respexit, concluditur, quod eadem sacrificia tempore Adami expiarint. Levitici 22, 27. dicitur, *Bos, vel agnus vel capra erit septem diebus sub matre sua, à die autem octavo & deinceps, (propter nimiam fertilitatem & felicem benedictionem Dei in illis locis, omnia grandiora & maturiora efficietis) erit gratum in oblationem sacrificij igniti Iehovæ, ubi in Hebræo Gratum est illud vocabulum, quod etiam extat Levitici 1, 4. de Holocausto grato & acceptabili (ad expiandum) Num. 18. 17. primogenitum oblatum dicitur oblatio ignita in odorem quietis Iehovæ, id quod idem esse quod expiare, paulo antea evictum fuit.*

*Sacrificia
Noæ EXPI-
ARVNT.*

CXXV. Si ergo Gen, 4, 4. respexit Jehovah ad oblationem primogeniti Abelis, tum gratum fuit & acceptabile illud primogenitum DEO, & factum fuit in odorem quietis Jehovæ. Et de aliis sacrificiis ante Moſen expresse habetur *odori quietis* vocabulum, ita ut ex illo odore Jehova placatus fuerit. Sic enim Gen, 8, 21. de Holocaustis Noæ dicit scriptura sancta, *Odoratus est JEHOVA odorem QUIETIS & dixit in corde suo, non addam ut maledicam (cæli generali diluvio) terræ &c.* Ecce lectoſ sacrificia ante Moſen fuere, *odor quietis Iehovæ*, ad quæ sacrificia respexit Jehova, id quod idem est cum eo, Jehovæ expiarunt hominem sacrificia patriarcharum illorum vetustissimorum.

*Quo sensu
Apostolus
Gal. 3. 17. di-
cat, legem
cœpisse post
annos 430.
post Abra-
ham.*

CXXVI. Non igitur Mosaicum tantummodo traditum, multo minus aliorum seu recens posterorum commentum, vel figmentum illud est, quod sacrificia super altare data expiarunt hominem. Verum hæc fuit doctrina Mosaica, Noachica, Adamica, & per consequens verè Patriarchalis, verè Catholica. Et quod post Moſen docuit Apostolus ad Hebræos, illa sacrificia fuisse typos Christi, hoc ipsum docuere citra dubium omne Moſes Noahus, Adamus.

CXXVII. Vetus quidem Testamentum, quod ad sacrificia attinet, & ad legis promulgationem, cæpit post Abrahamum, post annos quadringentos & triginta, nimirum scripto comprehendit. Verum quia sacrificia & leges aliæ Mosaica tandem dicta etiam vigerunt ante Moſen, & in specie sacrificia iccirco sequitur, quia secundum Apostolum ad Hebræos post Moſen fuere sacrificia exemplaria & umbræ Christi, quod illud ipsum quoque fuerint ante Moſen ab ini-

in toto orbis post lapsum primorum parentum, de quo neminem
amplius dubitare posse, qui omnia problemata & dogmata sacri-
ficialia huc usq; exposita citra præjudicium disposito considera-
verit certò confidemus.

CXXVIII. Expendantur Syllogismi isti:

I. Quæcunq; constant iisdem per omnia ritibus essentialibus di-
vinitus institutis, ea quoque habent easdem rituum illorum si-
gnificationes. AT sacrificiones ante & post Mosen constant ijs-
dem per omnia ritibus essentialibus divinitus institutis. (Quem-
admodum jam breviter est demonstratum.) Ergo sacrificiones
ante & post Mosen habuerunt easdem rituum suorum signifi-
cationes.

II. Id quod significarunt & repræsentarunt sacrificia post Mo-
sen, hoc quoque repræsentârunt ante Mosen (juxta vim præce-
dentis Syllogismi.) AT sacrificia post Mosen repræsentarunt ob-
lationem Christi, Hebr. 10. 1. 2. 3. 4. 5. &c. (considerata in
tabernaculo per & post Mosen Hebr. 9, 2.)

Ergo sacrificia ante Mosen itidem nihil aliud repræsentâ-
runt, nisi ipsissimam oblationem Domini nostri Jesu Christi,
ὁ πρὸς εὐδὴ δεῖξαι.

CXXIX. Si ergò post lapsum secutus fuit novus articulus, de ex-
piatione peccatorum, propter cruentam sacrificionem, & ta-
men pecora illa ex sua propriè considerata natura vim illam non
habuerunt, verum ex divina ordinatione & respectu alterius, cu-
jus typi fuerunt, ut interim hominibus præsentarent suo modo,
quod perfectissimè erat facturus Christus ipse: tum iterum sequitur,
post lapsum aliquam de mittendo Messia, hoc fine, ut pro genere
humano pateretur, deliberationem institutam fuisse. Et hac jam
via novum nobis porrigitur argumentum, pro vero intellectu il-
lius, *Ipse conteret caput tuum & tu insidiaberis calcaneo ejus.* Si enim in-
terim mortem repræsentare debuerunt Messiaë sacrificia, necessa-
rio sequitur, de morte victoris Satanæ in iisdem verbis fuisse da-
tam promissionem.

CXXX. Jam verò quod ad locum sacrificiorum attinet, sicuti Deu. 12, De loco sacri-
17. 18. primogenita non in quovis loco, verum tantummodo in sacrorum tem-
plo divinitus ad eam rem deputato offerri poterant, ita per o-
poribus priscis
mnia Abel & Cain sua sacrificia ad statum locum venire vel adesse usitato certo
fecerunt aliquo.

F

fecerunt aliquo.

fecerunt pro quō antiqua versio etiam vertit obtulerunt, alij habent, adduxerunt.

CXXXI. Neque enim in Hebræo est *obtulerunt*, sed *attulerunt*, vel *adduxerunt*, venire & adesse fecerunt. Perlegantur igitur Concordantiæ Hebrææ de verbo נָחַ אוּלַו & res manifestissima fiet, præsertim si animadvertatur conjugatio Hiphil, quæ habet significationem intensæ actionis. Quin & exempla Gen. 46, 32. & 47. 16. 17. Num. 16, 12, pauca hoc cuique probabunt. Accedit quod Levitici 4. 4. Deut. 12, 6. verissimè usurpatur de adductione ad locum ordinarium ipsorum sacrificiorum holocaustorum, primogenitorum &c. Unde iterum colligimus, sicut tempore Moysis ad certum locum adducebantur primogenita, quod ita etiam tempore Adami ad certum locum fuerint primogenita adducta. Quapropter necessariò Adam quoque certum locum sacrificiorum habuit.

CXXXII. Neque etiam Abelo & Caino data primis fuerunt mandata de sacrificiis. Verum capite Geneseos quarto & quinto, propositum est Spiritui Sancto recensere ab Adamo genealogiam usque ad Noachum, & quidem illorum, per quos sancta religio custodita fuit. Iccirco quia Cainus fuerat repudiatus, Abelus interfectus, occasionem sibi sumit Spiritus Sanctus modum istarum historiarum recensendi, & occasionem odij erga Abelum nimirum ex sacrificiis.

*Filij Adami
ADDUXE-
RVNT sacri-
ficia, ad quem
igitur?*

CXXXIII. Hinc autem quisnam posset inferre, eos filios Adæ aut præcepta de sacrificiis primos accepisse, aut alioquin primos esse qui sacrificarint. Quid enim nos prohibet ratiocinari, ab Adamo potius edocto & affuefactos fuisse duos illos filios, ut ritum sacrificiorum magnificerent. Cur præterito patre filijs præceptus fuisset cultus ille divinus. Sic igitur nemo quod speramus, dubitabit, Adamum ipsum sacrificia jussu divino colere cæpisse, & ad illum fuisse, & quidem ad certum locum adducta sacrificia à filijs. Simul satis ex his colligetur, divinitus post lapsum sacrificia ex jussu divino cæpisse, Adamo mandata fuisse, ab Adamo filiis inculcata fuisse, & hac ratione à filijs ad patrem ad locum Jehovæ adducta illa fuisse.

CXXXIV. Nam (ut iterum illud inculcemus) propositum fuit Spiritui S. & Mofi prolixè saltem describere vitam Abrahami, Isaaci, Jacobi, quib9 primis promissa fuerat terra Chanaan, ut ex ea
historia

historia in exitu tunc ex Ægypto literis conscripta & descripta *Priora capita*
accuratius colligerent, quemadmodum Deus sub tempus promiss- *Geneseos un-*
sæ terræ incolas & peregrinantes in eadem Abrahamum, Isaacum *decim propter*
& Jacobum potentissimè servaverat, quod etiam nunc temporis *nimiam bre-*
Israelitas illam terrā occupaturos adversus Chananæos & quos- *vitatem non*
cūq; alios hostes mirabiliter juxta promissiones olim Patribꝫ, da- *satis intelli-*
tas, velit protegere. Hinc de Abraham incipit dicere statim capi- *guntur nisi*
te undecimo Geneseos & ab illo usq; ad finem Genesis historiam *explicentur*
annorum persequitur tantummodo 200. annorum circiter, cum *eorum res ex*
è contra primis novem capitibus historia post lapsum annorum *reliquis capi-*
fermè 2000. *tanta brevitate* saltem indicetur, nō pertexatur. Histo- *tibus Geneseos*
ria igitur ut aliarum rerum ita quoque sacrificiorum *novem capiti-*
bus Geneseos post lapsum tradita ex similibus post Mosen rebus quoad *bris sacris pro-*
modum & quoad alias res est æstimanda. *lixis.*

CXXXV. Si in paradiso fuit tradita promissio, sicut tradita *Promissio &*
fuit Gen. 3, 15. & si promissio complectitur passionem & satisfa- *ritus promissio-*
tionem Christi, quod utiq; *superius satis fuit delineatum*, si item DEO *onem repræ-*
usitatum est ut esse videmus unā cum verbo statim cōjungere ex- *sentans si-*
ternas ceremonias, tum etiam ritus promissioni isti primæ annexi *mul sunt tem-*
& rem promissionis repræsentantes in paradiso cum promissione *pore.*
cæperunt. Et videntur hac inductione fuisse commoti isti qui
pelles primorum parentum vestitui deputatas sacrificialium pe-
corum pelles fuisse non absurde ratiocinantur, ut ut hæc pro me-
rito Christi & pro veritate omnia effusissimè ridere sibi proposu-
erint Adversarij nostri. *Smalcus fin-*

CXXXVI. Sed cujusnam roboris est hæc Smalcij argumentatio: *git dici à nobis*
Cain & Abel nati sunt post Adamum ex paradiso ejectum, Ergò sacrificia non quæ nemo un-
possunt dici capisse in paradiso. Hoc enim negatur, quod Cain & Abel quam cogita-
vel primi præcepta sacrificiandi acceperint, vel primi sacrificia ob- *vit.*
tulerint. Fungus scilicet erat & forsan impius Adam, qui ante
illorum nativitatem nec de alia pietate, nec de sacrificiis quic-
quam fuisset sollicitus. *Item cujus est hæc argumentatio*, Gen. 4, 1.
2, 3: simul scribuntur nativitates & sacrificiationes Caini & Abe-
lis. Ergò statim nati statim illi ipsi sacrificarunt.

CXXXVII. Hæc nulli homini apud nos unquam in mentē venit,
quam tamen nobis affingit Smalcus cum bello quodā & ipsi per
totū scriptū suum usitato scōmatifandi & ridendi more & elogio.

HOS (Cainum & Abelum) statim post natiuitatem sacrificasse, Quis NISI MENTIS IN OPS affirmabit. Hæc sunt verba Smalcij. At quam poterant hæc Sexcenta alia in scripto Smalcij per talionem in ipsum retundi, nisi gloria DEI causa disputantes ab ipsa impudentia abstinere iuberet ipsa sacrosancta & divina veritas. **CXXXVI.** Prorsus igitur inania sunt verba reliqua Smalcij ista: *Sacrificia quæ Abel & Cain DEO obtulerunt, nec in paradiso, nec statim post lapsum cum ista Franzij promissione oblata esse, tum ipsa ratio docet* (nam cum Adamus in Paradiso esset & peccasset, solus erat cum uxore, eiectus verò è Paradiso uxorem demum cognouit, ex qua Cainum & Abelum suscepit, Hos verò statim post natiuitatem sacrificasse, quis nisi *mentis inops* affirmabit, præsertim cum legatur, tunc ejus ætatis fuisse fratres primos, ut alter alterum interimere posset,) tum ipsa etiam Scriptura testatur, dicit enim, post eiectionem parentum è Paradiso natos fuisse filios duos, & Abelem fuisse pastorem ovium, Cainum verò Agricolum. Factum etiam esse post multos dies ut offerent &c. Qui multi dies non paucorum annorum loco censendi sunt. En habes lector veritatem particulæ primæ partis Argumenti Franziani, quid speras de reliquo. *Hæc ille.*

CXXXVIII. In his verbis lector nihil carpimus, nisi unicum illud, quod adversarius promissionem (primam de semine contrituro caput serpentis) utcunque brevissimis tamen stringit, reliqua omnia adversarij verba nos verissima esse pronunciamus, adversos illos, qui contrarium his verbis defendent, immò prolixius demonstramus, quam adversarius hic noster, id quod quilibet percipiet evidenter & manu palpabit ex disputatione sacrificiali secunda à thesi 58. usq; ad thesin 86. & tamen Smalcius tanto cum risu nobis affingit, quasi nos sentiamus, loquamur, doceamus illa, quæ nos una cum ipso rejicimus. En igitur habes lector (an non dicere nos jure meliore poteramus) gustum disputationum Smalcianarum, unum de articulo sacrificialium, quid speras de reliquis sacrificialibus, majoris momenti dicendis.

III. TERTIUM OBJECTUM SMALCII. DE SACRIFICIIS.

CXXXIX. TERTIO ad aliud *ζήτημα* progreditur Smalcius, cujus hæc

sunt verba fol. 363. Sed quid præterea, quid ex eo consequetur, quod affir- *Quærit*
mat Franzius, etiamsi esset verissimum, cum tamen sit falsissimum. Illud for- *Smalcus un-*
tasse quod ait thesi 152. in statu integritatis, nulla fuisse sacrificia. Conceda- *de constet,*
mus & hoc suo modo. Sed quid hinc rursus extruet Franzius? nectat si potest in statu in-
has dissolutiones. Sacrificia nulla fuisse in statu integritatis, quid mirum? nocentia
cum adeo breve illud fuisse constet, ut vix de eo cogitandi tempus esset. Sed si nulla fuisse
quis dicat, etiamsi status integritatis mansisset, tamen futura fuisse, vel offer- *futura sacri-*
ri potuisse sacrificia, quid ad hæc responderet Franzius? Hæc ille. *ficia.*

CXL. Verū respondetur, in statu innocentia, nulla fuisse futura sa-
crificia, Rationes sunt 1. quia illud nec per litterā claram, nec per ob-
scurissimam consequentiam ex primis duobus capitibus Gene-
os de statu innocentia agentibus, nec per alias ulla ratiocinatio-
nes firmas potest extrui, 2. quia cap. 4. & 8. Geneleos, ut & per
Leviticum totum & alibi docetur sacrificiis expiari peccata, at in
statu innocentia peccatum nullum fuisset; quid igitur opus fuisset
expiationibus pro peccatis quæ tunc temporis nulla fuissent.
Hæbes causam *Smalci*, cur rectè asseratur in statu integritatis nul-
la fuisse futura sacrificia, & vides nos nequaquam destitui respon-
sionibus, ad illas duas quæstiones necessariis & solidis.

CXLI. Quam ipse *Smalcus* fingit causam, cur in statu innocen-
tia nulla sacrificia animadvertantur fuisse prorsus est languida,
nimirum, quia tempus ita breve fuit, ut vix de eo cogitandi tempus
esset. Nihil hoc ad rem. Si fuit tempus in statu innocentia man-
dandi hominibus sanctitatem conversationis Oeconomica, &
diligentiam in laboribus tractandis, & tradendi singularem pos-
sessionem horti pulcherrimi, præcipiendi ne comederet de
arbore quadam, adducendi ad hominem omnia pecora, & omne
volatile, ut inderet illis nomina, ut & alia agendi, utiq; etiam tem-
pus fuisset sacrificia instituendi. Nam de institutione sa-
crificiorum est quæstio: Potuisset autem Deus instituere in illo
tempore istos ritus, etiamsi propter brevitatem temporis, primi
parentes eosdem non exercuissent.

CXLII. Monstrari igitur ex verbo Domini nullo potest, aut fu-
isse in statu innocentia animadverta aut futura tamen fuisse sacri-
ficia, etiamsi homines nunquam peccassent. Cum primis verò sa-
tis non possumus mirari adversarii audaciam asserentis, quò in statu
innocentia nulla fuisse futura sacrificia à nobis aliter non probari quàm

Ratio Smal-
cij cur in sta-
tu innocen-
tia nulla a-
nimadver-
tantur fuis-
se sacrificia.

ex. rō, quod antea dictum à nobis fuisse ipse finxit, Cainum & Abelem, statim post natiuitatem sacrificasse, & ex similibus quibusdam ipsius objectis. Sed transeat illud nec exagitetur, quod quidem cū reliquis huc usq; refutatis magnam meritum fuisse & acerbam, ex aliorum iudicio nō malorum increpationem. Nos ipsi ex dissolutionibus eius fecimus, solutiones optime coherentes. Videat ille quid de ipsis sit faciendum amplius ei.

Quarta que
rit Smalcus
de fine sacri-
ficiorum si
instituta
post lapsum
fuerunt.

CXLIII. QUARTO pergit Smalcus in hunc modum, Deniq; si post lapsum tantum extitisse, vel extare etiam debuisse sacrificia, quis concederet, num hinc consequeretur, quod somniat Franzius, ea in illum finem extitisse, ut nescio quid figurarent? nonne absque ullo respectu typi offerri poterant ad testandum animum erga DEUM religiosum & beneficiorum memorem? Num deniq; etiā si typica fuissent, id quod ea figurasse credit Franzius, figurassent? An non aliud quid, idq; DEO dignius dari posset, quod ea figurassent, præter istam ineptam de sacrificiis opinionem, quæ hodie inter multos obtinuit. *Hac ille.*

CXLIV. Respondetur, de fine sacrificiorum, quisnam piorum hominum salva conscientia concedere poterit Smalcio, ut aliquem ipse vel ex suo cerebro fingat, vel alium quem potuisse dari pronunciet, deniq; illum in nostris Ecclesiis ex verbo Domini monstratum repudiet. Nonne (*inquit*) absq; ullo respectu offerri poterant, ad testandum animum erga DEUM gratum & officiorum memorem. Verum Smalci, num propterea solum offerri debuerint sacrificia post lapsum, nec mihi nec tibi est arbitrandum, sed ex verbo Domini convincendum & statuendum.

CXLV. Sacrificia pacifica (*fatemur*) offerrebantur, vel ut gratiæ pro acceptis beneficiis diuinis DEO agerentur, vel ut pro impetrandis novis beneficiis DEUS commoveretur: interim primum locum in hac sacificatione obtinebat *sparsio sanguinis & combustio*, quæ expiationem peccati complectebantur, quemadmodum hætenus nimis sæpè fuit euidetum, & sine impetrata prius remissione peccatorum nemo vel petere vel gratias salubriter agere poterat. Et nullum planè fuisse aliud sacrificium, quod non ad expiationem peccatorum fuisset oblatum, hætenus itidem clarissimè ex verbo Domini probatum. Etsi igitur concedimus, aliqua habuisse illum respectum, quem innuit Smalcus, tamen simul necessario est tenendum & credendum, quod etiam expiaverint. Et

CXLVI. Et quomodo potest Smalcus oblivisci sui Socini, qui
et si c. 10. in part. 2. de serv. negat ulli bi scriptu, sacrificia expiare, tamē
majora præsertim seu anniversaria solennia sacrificia ipsemet cū-
primis pro tota communione expiisse fateri cogitur. Licet a. expi-
ationi alium sensum ascribat interim tamē hunc finē expiandi nō
potuit iisdem denegare, part. 2. c. 12. Cur igitur hunc finē ex scri-
pturis fluentem sacrificiis cum Socino non vult Smalcus indul-
gere? Cur profusus aliū excogitare nititur. Et quid opus est multis.
Fateretur illud ipsum Smalcus tandem vel invitus contra disputa-
tionem quartam fol. 148. 149.

*Socinus ipse
met princi-
palem finē
solēnissimis
sacrificiis a-
scribit &
EXPIARE,*

CXLVII. Verba sunt in hunc modum: Cum præterea (Socinus) loca
quædam sacrarum litterarū attulerit, ex quibus constat, pro qui-
bus in peccatis sacrificium illud anniversarium constitutum
fuerit, nempe locum Hebr. 9, 6. ubi disertissime scribitur, sacerdo-
tem sanguinem obtulisse pro seipso, & pro populi ignorantibus. Et
per vocem hanc peccata leviora significari luculenter ostenderit.
Locum Lev. 6. de peccatis etiam hujus generis loqui, manifestè i-
bidem docetur v. 3. ubi dicitur (& quod libet aliud ex pluribus fe-
cerit, in quibus solent peccare homines.) Nusquam n. de pecca-
tis gravibus id scriptum legitur. Et quia levissimis peccatis hæc
erant paulo graviora, ideo etiam non sola sacrificia ad talia pecca-
ta EXPIANDA sufficiebant, sed etiam aliis compensationibus opus
erat. In loco Lev. 16. per (omnes iniquitates) nullas alias omnes in-
telligi præter eas, quarum causa sacrificia erant constituta, id do-
cet, quod qui excelsa manu peccaret, excindendus erat ex populo
DEI, ut expresse legitur, Num. 17, 30. 31. *Hæc ille ibi.*

CXLVIII. Super sedemus labore describendi verba Socini ex locis jam
allegatis, ubi finem facit sacrificiorum illum EXPIARE: & tamen hoc in
loco jam alium principalem & unicum iisdem ascribere laborat Smalcus.

CXLIX. Multo minus ferri potest in audacia Smalcii illud, quod simpli-
citer arguere nititur, sacrificia potuisse aliquid dignius DEO figurare, quam
illud, quod à nobis figurasse dicuntur. Non cogitationibus humanis tan-
tas res & earum finem decet metiri, sed verbo Domini nitendum est. Si et-
iam voluisset DEUS, ut vel propter solam gratitudinem, vel propter aliquid
dignissimum figurandum, sacrificia dari agnoscerentur, utiq; illud alicubi
in tota sua sancta scriptura nobis revelasset. At non modo horum nihil
extat in sacris literis, verum potius contrarium docetur, illum nimirum
esse finem sacrificiorum, quem sæpè placuit hætenus indicare & confir-
mare, & sacrificia fuisse typos Christi moritur. Quid aliud facit epistola
ad Hebræos, quam ut hoc ipsum confirmet.

*Quædam
quasi è de lo
geoxeia
Smalcij.*

CL. Quid



CL. Quid quod etiam passim concedit Socinus, & cum primis c. 12. part. 2. de Servatore, sacrificia Christi typos fuisse seu umbras. Sic enim scribit loco jam nominato: Cum supra conclusum fuerit, Christi mortis sacrificium non in quibuscunque expiatoriis victimis, sed in iis tantum, quæ semel in anno à summo sacerdote, in sancta sanctorum ingrediente pro peccatis immolabantur, præcipue adumbratum fuisse. Vide etiam parte 2. cap. 19. ubi inquit: Figura mortis Christi erant tantummodo sacrificia illa, quæ publicè, hoc est, pro universo populo, ipso etiam summo sacerdote non excluso, & stans quibusdam temporibus fiebant, præsertim verò illud, quod semel in anno summus sacerdos in sancta sanctorum ingrediens peragebat. Hæc Socinus.

CLI. Quo ausu igitur Smalcus hoc in loco tantopere ridet, & alium finem sacrificiis affingere molitur. Aut verus est finis sacrificiorum representare mortem Christi & interea suo modo expiare peccata hominum, aut sine respectu typi saltem ea offeruntur ad testandam gratitudinem hominum erga DEUM, pro beneficiis acceptis, aut denique ut typica aliud aliquid, idque DEO dignius figurarunt.

CLII. Sed non HOC, quia hoc dicitur citra omnem scripturam, immò contra omnem scripturam, quæ tribuit sacrificiis officium expiandi, Levit. 17, 11. *Sanguis ipse animam expiat.* Quod Christum passurum representarent, docet usus XII. probl. sacrificialium disputatione duodecima, à thesi 70. & ulterius, quam lector diligenter videbis. Sed & non ISTUD quia scriptura expressè cunctis etiam pacificis sacrificiis vim suo modo expiandi ascribit, sicut de primogenitis quæ pacificis æquiparantur in hac ipsa disputatione vidimus thesi nimirum 60. Ergò necessario tenendum est ILLUD, quod expiarint & mortem Christi figurarint.

CLIII. Adversarij concedentes aliquam sacrificijs expiationem, & tamen omnem figurationem mortis Christi illam pernegantes, quæ dicimus, sacrificia expiatoria fuisse typos expiationis Christi satisfactoriæ, quomodo redarguendi sint, supra hac eadem disputatione fuit monstratum. Qua stante cadit illud, quasi sacrificia & Christi mors commune quiddam habuerint, illa tenuius, hanc excellentius, & utraque fuisse signa seu ritus, quibus peractis credendum fuerit & sit, nobis à DEO remitti peccata. Sicut enim (inquit Socinus cap. 9. parte 8 de Servatore) antiquum fœdus imago quædam est novi: ita si quis singulas ejus partes diligenter inspexerit, eis tanquam imagini cuidam, veritatem, toridem ferè partes in novo respondere comperiet. Quare cum non omnia sacrificia legis, quamvis pro peccatis facta Christi morti tanquam imago veritati respondeant, non omnia Christi mortem figurabant, sed figura mortis Christi tantummodo erant sacrificia illa, quæ publicè hoc est, pro universo populo, ipso etiam aliquando summo sacerdote non excluso, & stans quibusdam temporibus fiebant, præsertim verò illud quod semel in anno summus sacerdos in sancta sanctorum ingrediens peragebat.

F I N I S.

94 A 7382

ULB Halle

3

002 183 692





Sb.

VD 17

21,7.99 Bd.







42

DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM
DE
SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRIS-
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos, Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes*

DECIMA QUINTA:
Methodum ad alias quasdam præcipuas Arianorum seu
Photinianorum objectiones solidè & nervosè
respondendi demonstrans.

QUÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo Arcis
ad d. 18. Octobr. Anno c1o 1o cxxv. in incluta VVitteber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLFGANGO FRANZIO, S.S.
Theologiæ Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

JOHANNNE NICOLAI
VRATISLAVIENSI.

VVitteberga, Typis Jobannis Gormanni.

